

## Diuisio huius operis

era dicēs. **C**ōfessionum auditores. et ideo dicitur sacerdos  
q̄si sacer dux. **P**lebīs doctores. iō dicitur sacerdos. q̄si sacra do  
cēs. sacramētorū mīstratores. et iō dicitur sacerdos q̄si sacra dās  
**E**rgo p̄p̄t̄ primū debēt habere tm̄ de sc̄ia q̄ sciāt recter distin  
cte legere et p̄grue p̄nūciare et accētūare. et ad min⁹ grāmāti  
caliter intelligere ea q̄ in misse officio p̄tinēt. **P**ropt̄ sc̄dm̄ de  
bēt habere tm̄ de sc̄ia q̄ sciāt nūez sacramētorū. et q̄ sit debi  
ta forma cuiuslibet sacramēti. et modū ea debite ministrandi  
potissime de sacramētis q̄ ad eos spectāt. **P**ropter terciū de  
bēt habere tantū de sc̄ia q̄ sciāt discernere inter leprā et leprā.  
i. inter pctm̄ et pctm̄. et ip̄onere p̄nias salutare. **P**ropt̄ q̄rtū  
debēt habere tantū de sc̄ia q̄ sciāt ad min⁹ pplm̄ sibi p̄missuz  
in articulis et alijs rudimētis fidei informare. **O**missio at̄ p̄rio  
q̄ illud spectat ad grāmāticā et satis suppono q̄ dñi ep̄i nul  
lū ad sacerdotij ordinē p̄moueāt nisi sufficienter fuerit in grā  
maticalibz informat⁹. **E**t q̄ de hoc ageť qñ dicit̄ de sacramē  
to eucharistie de alijs tribz in hoc libello est agēdū. **Q**uē libel  
lus volū vocari **M**anipulū curatoz eo q̄ sacerdotes potis  
sime curati debēt libellū istū habere p̄ manibz ut videāt ea q̄  
circa officia eoz sunt agēda. **F**init **P**rologus.

### Diuisio huius operis.

**Q**uidit̄ ergo opusculū hoc in tres ptes. **I**n q̄z p̄ma agit̄  
de sacramētis et his q̄ p̄tinēt ad sacramētoz administra  
tionē. **I**n sc̄da de penitētijs et his q̄ p̄tinēt ad p̄fessionū audi  
entiā et penitētiāz impositiōem. **I**n terciā de articulis fidei et  
q̄ p̄tinēt ad ppli informatiōem. **Q**uātū ad primā p̄tē primo vī  
debūt aliqua de sacramētis in generali. **S**ecūdo de q̄li  
bet eozū in sp̄ali. **E**t p̄mo de sacramēto baptisimi. **S**ecūdo de  
sacramēto p̄firmatiōis. **T**ercio de sacramento eucharistie.  
**Q**uarto de sacramēto ordinis. **Q**uinto de sacramēto extre  
me vñctiōis. **S**exto de sacramēto matrimoniij

## Tractatus primus de sacramē

tis in generali. **E**t habet tria capitula.

### De institutione sacramentorum

#### Capitulum primum



## Tractatus. j. prime partis

### Quantum ad sacramenta

In generali primo videndum est de eorum institutione  
Secundo de eorum efficacia et potestate. Tercio de eorum  
numero et distinctioe. Sciendum est ergo quod sacramenta omnia noue  
legis fuerunt immediate instituta a christo. quod probant doctores  
sic. Illud est sacramenta alicuius legis instituire cuius est legem da  
re et condere. sed christus fuit immediate conditor institutor et dator  
noue legis. ut diffuse probat apostolus in epistola ad Galatas. et habet in  
Ia dicente Dominus rex noster. Dominus legifer noster. ipse venit et salua  
bit nos. Ergo ad solum christum pertinuit noue legis sacramenta  
instituire. **¶** In sacramentum baptismi instituit quoniam baptismum a Jo  
hane in iordanem suscepit. Tunc enim ut dicit Beda. tactu sue mundis  
sime carnis vim regeneratiua commulit aqua. Licet autem tunc sacrum  
baptismi instituerit. tamen nullus ad suspensionem baptismi erat  
obligatus usque post resurrectionem quoniam in die ascensionis dixit  
apostolus. Eunt docete omnes gentes. baptizantes eos in nomine patris  
et filii et spiritus sancti. **¶** Mat. vi. et Mar. vi. Eunt in mundum uni  
uersum predicare euangelium omni creature. qui crediderit et baptizatus  
fuerit saluus erit. qui vero non crediderit condemnabitur. **¶** Sacramentum  
autem confirmationis instituit quoniam imposuit manum super capita puulorum. et  
apostolus prohibentibus dixit. Venite puulos venire ad me. Licet aliqui  
doctores dicant quod sacramentum confirmationis instituit in die petre  
costes quoniam misit visibiliter spiritum sanctum super apostolos. **¶** Primum tamen repu  
to verius quod sacramentum autem eucharistie instituit in die cene quoniam  
post summationem agni paschalis panem et vinum in suum corpus et san  
guinem suum ineffabili potestate conuertit dicens. Accipite et comedite  
hoc est corpus meum. Et sumpto calice dixit. Bibite ex hoc omnes  
hic est calix sanguinis mei. **¶** Sacramentum autem penitentiae instituit  
quoniam exordium sue saluberrime predicationis assumpsit dicens. Peni  
tentiam agite appropinquabit enim regnum celorum. **¶** Quia autem essent peccata  
sacerdotibus confitenda figuratiue instituit. quoniam decem leprosis ab  
eo mundatis precepit dicens. Lu. xvij. Ite ostendite vos sacerdo  
tibus. Licet enim teste propheta Ezechie. xvij. qui dicit in per  
sona dei. Quaecumque hora ingemuerit peccator omnium iniqui  
tatum eius non recordabor. Licet peccata in contritione di



## De sacramentis in generali

mitant. tñ pctā s̄s̄ nihilomin⁹ sacerdotib⁹ p̄fitēda si possibili-  
tas occurrat. Sac̄m̄ ordinis instituit qñ in die cene post q̄s̄  
cōdicauit ap̄los dixitq; eis. **H** facite in meā p̄memoratōez. **L**uc  
eñ fm̄ doc. oēs ap̄los in p̄biteros ordinauit. **S**ac̄m̄ p̄o or-  
dinis x̄ps instituit septupl̄r fm̄ q̄ septē s̄s̄ ordines. q̄tuor nō  
s̄s̄ sac̄ri z̄ m̄iores. vt hostiariat⁹. lectorat⁹. exorcistat⁹. z̄ aco-  
litat⁹. **E**t tres sac̄ri z̄ maiores. vt subdiaconat⁹. diaconatus.  
et p̄biterat⁹. q̄ oēs dicunt̄ vnū sacramētū. q̄ ad vnū putat̄ p̄-  
biteratū p̄ncipalit̄ ordinat̄. **O**rdinē hostiariat⁹ instituit qñ fe-  
cit flagellū de funicul. z̄ eiecit de tēplo yēdētes z̄ emētes. **O**-  
rdinē lectorat⁹ instituit qñ legēdo p̄ba **I**saie p̄dicauit dicens  
**S**p̄s dñi sup me. eo q̄ vnxit me. paup̄ib⁹ euāgelizare misit  
me z̄c. **O**rdinē exorcistat⁹ instituit qñ demōes ab hōib⁹ ob-  
fessis eij̄ p̄cepit. **O**rdinē acolitat⁹ instituit qñ p̄dicādo dixit  
**E**go sum lux mūdi. **O**rdinē at̄ subdiaconat⁹ instituit qñ p̄-  
cena pedes discipuloz̄ suoz̄ lauit. **O**rdinē diaconatus velut  
leuita vigilare monuit. **O**rdinē p̄biterat⁹ instituit qñ disci-  
pul̄ suis corp⁹ z̄ sanguinē p̄buit sumēdū dicens **H**ec q̄tensc̄  
q̄ feceritis in mei mēoria faciat̄is. **D**ūq; patri corp⁹ z̄ sangui-  
nē suū in ara crucis semetip̄m hostiā obtulit z̄c. **S**acramē-  
tū aut̄ extreme vnctōis instituit qñ ap̄los misit vn̄gere ifirmos  
et sanare. **V**n̄ illud q̄d dicūt aliq̄ doctores. s. q. b. **J**aco. insti-  
tuit istō sacramētū qñ dixit in canonica sua **I**nfirmat̄ q̄s ex  
vob̄ in ducat̄ p̄biteros ecclie z̄ orēt sup eū vn̄gētes eū oleo in  
noīe dñi. **S**alua eoz̄ reuerētia nō reputo verū p̄pter rōem in  
p̄ncipio hui⁹ capli dictā **C**redo ei q̄ illō dcm̄. b. **J**aco. nō  
fuit institutio sac̄ri s̄z̄ p̄mulgatio. vñ. b. **J**aco. nō fuit institutor  
hui⁹ sac̄ri s̄z̄ solū p̄mulgator. **D**e sac̄ro at̄ m̄rimoniū qñ fuerit  
institūtū z̄ vtr̄ fuerit institūtū a x̄po incarnato ē dubiū cū ma-  
trimoniū fuerit institūtū in statu innocētie. z̄ fuit in tpe q̄d fuit  
añ incarnatōez sicut z̄ post incarnatōez. **E**t iō ad h̄mōi dubita-  
tionis solutōez sciendū ē. q̄ m̄rimoniū p̄t trib⁹ modis p̄side-  
rari. **U**no mō put̄ ē officiū nature. **A**lio mō put̄ ē remediū  
carnalis p̄cupiscētie. **T**ercio mō put̄ est signū alicuius rei. s.  
cōiunctionis ch̄risti z̄ ecclie. quā significat̄ p̄iunctio animoz̄  
viri et vxoris. et coniunctionis nature humane et diuine in



## Tractatus. j. prime partis

psonā filij dei. quā fecat coniunctio corporoz. **M**rimoniū pmo et  
lido modis psideratū nō est sacm. put h loqmur de mrimo/  
nij sacro **T**ercio mō psideratū ē mrimoniū sacm. et sic fuit in  
stitutū a xpo qm̄ in vtero yginis voluit nrām naturā diuine na  
ture vnire in vnitatē sui suppositi seu psonē. quā vnionē fecat  
mrimoniuz. **S**icut em̄ in actu mrimonialī vir et vxoz s̄ duo  
in carne vna. sic due nature. s. hūana et diuina s̄ in psona vna  
vics in psona filij. **E**t istud sufficiat de institutōe sacramētoz

**D**e efficacia et p̄tute sacramētoz in generali **Ca. ij.**

**D**e efficacia et p̄tute sacramētoz sciendū ē q̄ p̄tus sacra  
mētoz in generali. qz postea dices de p̄tute cuiuslibet in  
spēali psitit in duobz. s. in auferēdo culpā et p̄ferēdo gratiam  
**D**ñe em̄ sacramētū noue legis nisi sit ober. i. impedimētū ex  
pte recipiētis auferit culpā si inuenit eā. et p̄fert vel auget grāz  
**E**t p̄ hoc dicit sacramēta noue legis a sacramētis antiq̄ legis  
qz sacramēta veteris legis sacramēto circūcisōis excepto q̄  
tū erat ex pte opis opati nullā virtutē habebāt q̄tū ad ablu  
tionē culpe et collatōem grē. s. totā p̄tutē et efficacīā habebāt  
ex pte opis opantis. **S**acramēta at̄ noue legis nō solū hnt ef  
ficaciā ex pte opis opati. imo etiā ex pte opis opantis **O**pus  
operās vocat̄ deuotio suscipiētis sacramētū **O**pus opatum  
vocat̄ opus exercitatū circa sacramēta. **S**ic opus opatū in  
baptismo est asp̄sio vel imersio aq̄ et platio yboz **E**t qz sacra  
mēta noue legis q̄tū ē ex pte opis opantis p̄ferūt grām et s̄  
cā grē. p̄p̄ dēfinitōez sacri positā a mḡro sniaz. i. iij. li. di. i.  
q̄ talē **S**acm̄ ē inuisibil' grē visibil' forma. vt eius similitudinē  
gerat et cā existat **V**t autē sit grē cā sine qua nō aut propter  
quā indigeret studio maioris psideratōis q̄ p̄tineat ad p̄ns  
opusculū. et ideo relinquo **E**t est et alia virtus sacramētoz  
noue legis. quia quedam eoz imp̄munt caracterē in suscipiē  
tibus ea sicut baptismus. p̄firmatio. et ordo. **E**t est caracter  
quedā potestas spēalis p̄ quā suscipiens sacramētū p̄t aliqd  
facere vel recipere. quod nō poterat añ **S**icut baptizatus p̄t re  
cipere alia sacramēta ecclie. quod non potest facere non bap  
tizatus **E**t ordinatus potest exercere officiu' sui ordinis qd  
nō p̄t facere nō ordinatus. **E**t confirmatus tenetur audacter



## De sacramētis in generali

Sciteri fidē xpī tpe psecutōis fidei. ad qd nō tenet nō pfirmat  
tus nisi forte in speciali inquireret de fide. **Alia aut sacramē**  
**ta scz eucharistia. extrema vinctio. z matrimonii nō impmūt**  
**caracterē. z pnt multoties iterari. Sic homo pōt multoties**  
**comunicare z multoties cōfiteri. z multoties inungi. z mor**  
**tua vna vpoze cū alia p̄bere. Sed sacramēta q̄ impmūt cara**  
**cterē nō possunt nec debēt iterari. Sic nullus debet bis bap**  
**tizari vel pfirmari. v̄ eodē ordine ordinari. Et est rō. qz virtus**  
**eorz sp̄ manet. s. caracter qui est indelibilis. Et istud sufficiat**  
**de virtute z efficacia sacramentorum in generali.**

### De numero sacramentorum. Ca. iij.

**Q**uantū aut ad numez sacramētoz sciēdū est qz septem  
sūt sacra. s. bap̄tism⁹. pfirmatio. eucharistia. p̄nia. extre  
ma vinctio. ordo. z matrimonii. **Distinctio z sufficiētia horū**  
**factoz dat a quibusdā doctorib⁹ talis. Sic est in vita corpora**  
**lis sic suo modo d̄z esse in vita spūali. In vita aut corporali sic**  
**videm⁹ qz pmo generat homo. scdo auget. tercio nutrit. q̄r**  
**to venit ad tantā pfectōz h̄tus qz pōt sibi silez generare. z sic**  
**genus hūanū multiplicat. Et qz sanitas hois pōt impediri p**  
**infirmatē. iō homo indiget medicina duplici. vna p̄ infirmi**  
**tatē. alia p̄ reliq̄s infirmitatis. Et sicut in vita corporali quū**  
**q̄ sunt necessaria. s. generatio. augmētum. nutrimentū. mul**  
**tiplicatio. z medicina. sic in vita spiritali qualis est vita fide**  
**lium viuētū in fide z v̄itate ecclesie sunt quinqz necessaria**  
**scz spūalis generatio q̄ fit in bap̄tismo p quā homo regenerat**  
**ppo. Spūale augmētū qd fit in pfirmatiōe in q̄ gratia bap**  
**tismal auget. Spūale nutrimentū qd dat in eucharistia que**  
**est cib⁹ spūalis aie. Et quia fideles indigēt multiplicari sp̄i**  
**maliter z cc̄paliter. q̄stū ad multiplicatōz spiritalē acci**  
**p̄ sacramētū ordinis. per qd ministri ecclesie multiplicātur**  
**Quātū ad multiplicatōz corporalem accipit sacramentum**  
**matrimonii. qd ordinat ad multiplicatōz fidelū. Spūalis me**  
**dicina est sacramētū penitētie cōtra spūales infirmitatem q̄**  
**est peccatū. Contra reliquias peccatoz est extrema vinctio.**  
**Et sic patet numerus z sufficiētia septem sacramētoz. Et**  
**ista sufficiant de sacramētis in generali.**



## **T**ractatus. ij. prime partis

**T**ractatus secundus prime partis de baptismo. Et habet octo capitula.

**N**unc dicendum est de sacramenti in speciali. Et primo de baptismo. Circa quod consideranda sunt octo: Primo quid est baptismus. Secundo de materia eiusdem. Tercio de forma. Quarto de ministro baptismi. Quinto de suscipiētib; baptismū. Sexto de ritu baptismi. Septimo de effectu baptismi. Octavo de annexis baptismi.

**Q**uid est baptismus et unde dicatur. **Cap. i.**  
Baptismus est ablutio corporis exterioris cum scriptura. i. taxata forma verborum sancta. ita tamen quod illa ablutio materia que fit exterioris in corpore est signum ablutiois spiritualis quam deus facit interioris in mente. Et dicitur baptismus a baptizo as. quod idem est quod abluo is. Unde baptismus grece idem est quod abluo latine.

**D**e materia baptismi. **Cap. ii.**  
Materia baptismi est aqua simplex elementaliter. Quod autem ista aqua sit propria materia baptismi tota ratio est ex institutione christi qui instituit baptismum fieri in aqua elementaliter. Sic enim instituit baptismum fieri in vino vel in aliquo alio liquore. vinum vel aliud aliud liquorem esse propriam materiam baptismi. Aliquam tamen congruenter assignat a doctoribus quare christus instituit baptismum magis fieri in aqua quam in aliquo alio liquore. Quare una est. quare scriptura maxime necessitatis dicitur habere materiam maxime congruenter. ne propter defectum materie aliquis impeditur a susceptione illius sacri. sed baptismus est scriptura maxime necessitatis. quare sine baptismo nullus potest saluari. ideo ne ullus possit se excusare a susceptione baptismi propter defectum materie vel caritativitatem eius baptismus dicitur habere materiam maxime congruenter. talis autem materia est aqua. que invenitur in quibuslibet terra et de facili potest haberi. Possit se aliquis excusare si materia baptismi esset vinum vel oleum vel lac vel alius liquor preciosior quam non inveniret in omni terra. nec possit ita quibuslibet de facili habere. Alia congruentia sive ratio quare aqua est propria materia baptismi assignat a doctoribus talis. quare proprietatem aqua maxime est conveniens baptismi. Est enim aqua mundificativa sordium. refrigerativa estivationum. pura. i. lucida oculi intuitum. Sicut baptismus



## De baptismo

mundat sordes aie: iō vocat baptism⁹. qz baptism⁹ grece idē est qz lotio latine. **U**n baptizare idē est qz lauare. **B**aptism⁹ em̄ refrigerat estū carnal' & cupiscētie. illūinat oculos mēt̄s respectu diuine noticie. **A**rguūt ḡ doctores sic. **I**llud est ppa materia baptismi cui⁹ pprietas maxie puenit baptismo. sed aq̄ rē. ḡ aq̄ est ppa materia baptismi. **U**tz aut aq̄ sit bñdicta v' nō nihil facit ad baptismū. qz ita bñ pōt fieri baptism⁹ in aq̄ n̄ bñdicta sic in aq̄ bñdicta. **S**z aq̄ baptismal' in ecclia bñdicūt pp̄ solēnitatē & maiorē reuerētā ad baptismū. **E**t etiaz aq̄ sit calida v' frigida nihil ad baptismū. s; sp̄ vitādū est picu' in baptizādū. **S**z nūqd in aq̄ roseacea v' in aq̄ ardēte v' in alijs aquis distillat' possz fieri baptism⁹ si aq̄ elemental' inueniri nō possz. **D**icēdū est qz n̄. qz tales aq̄ n̄ sūt pprie aq̄ s; humores illoz corpum a q̄bz distillāt. **I**n lixiuio at si aq̄ n̄ possit inueniri possz fieri baptism⁹. cū lixiuū nihil aliud sit nisi aq̄ colata p cineres. **E**t pp̄ eandē rōez dicūt aliqui doctores qz in vrina pp̄ defectū aq̄ possz baptizari. qd̄ tñ nō credo eē verū. qz vrina nō est aq̄ s; humor resolut⁹ a cib' & mest'. **E**t idēz dico de salina. i. c. **N**ō vt apponeres. de bap. **S**z nonne in brodio carnū possz fieri baptism⁹ vbi aliq̄ alia aq̄ nō possz inueniri. **D**icēdū est. qz aut tāta resolutio carnū est facta i brodio illo qz definit ibi eē por spēs aq̄. & ē alia spēs de nouo generata. & tūc nō p̄t ibi fieri baptism⁹. aut nō est ibi tāta resolutio facta carnū. & tūc fieri p̄t. & in tali brodio baptizari. **Q**n̄ at tal' resolutio sit facta aut qñ nō. p̄t pp̄edi in spissitudine. **S**i aut sit tāta spissitudo illi⁹ brodiū q̄nta est in cutico v' aliq̄ntuluz minor nō credo qz possit in illo brodio baptizari. **S**i aut non sit spissitudo s; brodiū sit aliq̄ntulū pigue. credo qz tūc in illo brodio possz baptizari. **E**t idē dico de luto. s; si aq̄ exp̄mat ex illo luto. in illa aq̄ exp̄ssa p̄t fieri baptism⁹. **S**i nix etiā liq̄fiet in illa aq̄ liq̄facta a nixē possz baptizari. **S**olet at ab aliq̄bz tal' q̄stio fieri. si essz vn⁹ puer baptizād⁹ iuxta vnū puteū profundū. & ille qui deberet puerū baptizari nō haberet cū q̄ extraheret aquā de puteo. nec posset aliunde aquā habere & puer esset in piculo mortis. nūquit debet puerū proijcere ad puteū dicēdo. **B**aptizo te in noie patris & filij & sp̄s sc̄i. **D**icēn



## Tracta. ii. prime partis.

dum est q̄ nō. q̄ s̄m qd̄ dicit br̄s paul⁹. Nō sūt faciēda mala vt eneniāt bona. **L**ḡ ex h̄ istud bonū eueniret q̄ aia ist⁹ pueri saluaret. n̄ ille q̄ p̄iceret istū puez faceret istd̄ malū q̄ peccaret mortalit̄ r̄ sic q̄tū in se ess̄ dānaret aiaz suā. r̄ q̄libet ex ordine caritat̄ tenet pl⁹ diligere aiaz suā q̄ aiaz cuiuscūq̄ alteri⁹. Et si dicat̄ q̄ talis posset oteri r̄ cōfiteri de isto peccato. r̄ sic nō dānaret aia sua. Dicendū q̄ istd̄ est fatuū dicere q̄ null⁹ cert⁹ est de vita sua. vñ iste nō est cert⁹ an statū post q̄ p̄iceret puez v̄ etiā i ip̄o actu p̄ictōis moriāf. **U**n h̄zē talē spem ē p̄p̄e tēptare deū. q̄ certū est q̄ talis si p̄iciat puerū peccat mortalit̄. icertū ē aut̄ si deus det sibi spaciū p̄fite di. Quare sciendū est s̄m consiliū br̄i Aug. dicēt̄. Tene certū r̄ dūmitte incertū. de. pe. di. vij. c. ij. vt habitū est loco suo.

### De forma baptismi La. iii.

**Q**uia forma baptismi sciendū est q̄ alia forma v̄tūf gre/ ci in baptizādo. r̄ alia forma v̄tūf latini. **N**az greci v̄tū tur tali forma. **B**aptizet seru⁹ xp̄i tal̄ in noie patris r̄ filij r̄ sp̄i r̄ iussci amē. **L**atini ā v̄tūf t̄i forma. **B**aptizo te in noie patris r̄ filij r̄ sp̄i r̄ iussci. amē. **E**t q̄uis ex v̄traq̄ forma sc̄q̄t̄ baptism⁹. nā greci ita bñ baptizati sūt sic latini. qd̄ patz. q̄ q̄nre deūt ad v̄nitatē fidei ecclie romane nō baptizant. tamē forma latinoz p̄ueniētior est q̄ grecoz. qd̄ patz quo ad nūc ex duobus. **P**rimo. q̄ illa forma baptismi p̄ueniētior est q̄ maḡ cōcordat cū p̄bis xp̄i instituent̄ baptismū. s̄ xp̄s institues baptismū dixit apl̄is vt recitat br̄s Mathe⁹ in euāgelio suo vl. ca. **T**e doce te oēs gētes baptizātes eos in noie patris r̄ filij r̄ sp̄i r̄ iussci. **E**t cū ist̄ p̄bis maḡ p̄cordat p̄bū istud baptizo. q̄ s̄ p̄bū baptizet. q̄ s̄ p̄bū baptizo est actiuū. r̄ istud p̄bū baptizet est passiuū. r̄ istud p̄ncipiū baptizātes descendit ab actiuo r̄ nō a passiuo. quare p̄ueniētior est forma latinoz q̄ dicit baptizo. q̄ forma grecoz que dicit baptizet. **S**ecūdo potest idē patere sic. **N**ulla forma est cōueniētior forma baptismi in qua r̄ p̄ qua maḡ exp̄munt̄ ea que sunt necessaria in baptismo. s̄ talis est forma latinoz p̄ p̄patōz ad formā grecoz. q̄ in baptismo est necessaria s̄t⁹ dei cōferent̄ efficacā baptismi. r̄ istud tāgūt i v̄traq̄ forma cū dicit̄ in noie patris r̄ filij et



## De baptismo

spiritu sancti. Est etiā ibi necessaria persona suscipiens bap-  
tismi: et ista exprimitur in forma grecorum. cū dicitur seruus dei talis. In  
forma autē latinorum. exprimitur cū dicitur: Etia est ibi necessaria perso-  
na ministri baptizantis. q̄ nō exprimitur ad mīn⁹ explicite in for-  
ma grecorum. In forma autē latinorum exprimitur explicite cū dicitur. ba-  
ptizo. quare puenientior est forma latinorum q̄ grecorum. Veri-  
simile em̄ est q̄ forma qua vtit̄ romana ecclesia. q̄ disponēte  
dño oim ecclesiarū caput est et magistra. extra de bap. et ei⁹ ef-  
fec. c. maiores. sic puenientior q̄cūq; alia. Est ḡ debita forma  
baptismi. Baptizo te in noie patris et filij et spūs sancti. Amē.  
¶ Quid autē noiat persona baptizanda vlt̄ q̄ ponat̄ ibi ego et no-  
mē dicēdo. Petre vel maria. ego baptizo te etc. nō sunt de eē-  
forme. qm̄ sine ipsis posset fieri baptism⁹. tñ debēt poni i for-  
ma p̄p̄t maiorē expressionē. nō em̄ est necessariū q̄ exp̄sse po-  
nant̄. Ista autē forma pōt pferri in latino vel in quocūq; alio  
idēomate. ¶ Utrū autē posset aliqd̄ immutari circa istam for-  
mā. Sciēdū est q̄ ille qui immutaret aliqd̄ circa istā formam  
aut intēdit mutare ritū ecclesie. et sic nō esset baptism⁹. aut in-  
tēderet illud facere qd̄ facit ecclesia. s; ex ignorātia vlt̄ inaduertē-  
tia aliquid circa istā formā mutaret. Et tūc circa hoc sciēdū ē  
q̄ talis mutatio potest fieri quinq; modis. Uno mō totalit̄  
mutādo p̄ba ipsius forme. et tūc nō sit baptism⁹ ex tali forma  
sicut si diceret baptizo te in noie genitorū et geniti et pcedētis  
ab utroq; Licet em̄ ex cōi vsu loquēdi genitorū scet patrē. et ge-  
nitū scet filiū. et pcedēs ab utroq; significet spūs sanctū. Tñ  
p̄belloquēdo in diuinis genitor et genitus et pcedēs exprēssi⁹  
significāt act⁹ notionales q̄ ipsas psonas. in forma autē ba-  
ptismi debet fieri mētio exprēssa de psonis. Alio modo pōt fi-  
eri mutatio circa formā baptismi trāspōnēdo verba ip̄i⁹ for-  
me sicut si diceret sic. Baptizo te ego in noie patris et filij et spi-  
ritu sancti amē. vel quocūq; alio modo trāspōnēdo. Et tūc  
manet idē sensus p̄boz ex tali mutatione nō impediret bap-  
tismus. Alio modo potest fieri mutatio circa ip̄am formā ba-  
ptismi addēdo aliquid ad ip̄am formā. Et tūc aut talis addi-  
tio corrūpit sensū verboz forme. sicut mutabat formā arrius  
dicēdo sic. Baptizo te in noie patris maioris. et filij minoris  
b i



## **Tracta.ii. prime partis**

et spiritus sancti. Talis additio corrumpit sensum verborum forme cum tollat equalitatem personarum. et sic non fit baptismus. Aut talis additio non corrumpit sensum verborum forme. immo non obstante tali additione adhuc manet idem sensus verborum. Et tunc si ille qui addit aliquid intendit mutare formam ecclesie nihil facit. cum non baptizet in fide ecclesie. Si autem non intendit mutare formam ecclesie sed ex quadam fatua devotione addat aliquid. ut sic baptizo te in nomine patris et filii. et spiritus sancti. amen. et beate virginis ut beata virgo adiunget te. vel aliquid aliud tale. talis additio non impedit baptismum. Alio modo potest mutari forma baptismi diminuendo de ea aliquid. Et tunc si diminuat dictio integra quecumque sit illa de omnibus istis. Baptizo te in nomine patris et filii et spiritus sancti. amen. nihil facit. quia omnia ista verba sunt de esse forme. Si autem non diminuat dictio integra sed pars dictionis. tunc aut diminutio talis fit in principio dictionis. si cut de ista dictione patris vel quacumque alia subtrahat primam litteram vel sillabam. talis diminutio impedit baptismum cum tollat sensum verborum. Si autem talis diminutio fiat de fine dictionis. sicut de ista dictione patris remoueat s. vel aliquid aliud tale. talis diminutio non impedit baptismum cum maneat idem sensus verborum. sic narrat in decretis. de concordia. dist. iiii. c. Remouent. quod quidam sacerdos ignarus lingue latine baptizabat sub ista forma verborum. Baptizo te in nomine patris et filii et spiritus sancti. amen. Et dicit papa in decreto illo quod vere baptizabat. Alio modo potest fieri mutatio circa formas baptismi interruptendo verba ipsius forme. et tunc si sit tanta interruptio quod ipsa impediatur intentio baptizantis. sicut si de mane diceret. Ego baptizo te. et postea iret ad expediendum negocia sua. et quando rediret diceret. in nomine patris et filii et spiritus sancti. amen. nihil faceret. Si autem non sit tanta interruptio quod impediatur intentio baptizantis. sicut si diceret. Baptizo te in nomine patris. et hoc dicto dicat assistantibus. tacete vel orate. vel aliquid tale. et postea perficeret. ex hoc non impediret baptismus.

**V** De ministro baptismi.  
Capitulum. iiii.



## De baptismo

**M**inister baptismi est duplex. Unus extra casum necessitatis. et iste est solus sacerdos: quia ad solum sacerdotem extra casum necessitatis pertinet baptizare. Cuius ratio assignatur a doctoribus talis. Ille est proprius et minister ordinarius sacramentorum qui habet potestatem super corpus christi verum. sed sacerdos solus est talis: ergo solus sacerdos est proprius et ordinarius minister sacramentorum. Quia autem ad illum pertinet ministratio seu dispensatio sacramentorum. qui habet potestatem super corpus christi verum: probatur sic. quia ad illum pertinet ordinatio corporis christi mystici quod est ecclesia. i. congregatio fidelium qui habet potestatem super corpus christi verum. sed dispensatio sacramentorum pertinet ad ordinationem corporis christi mystici. ergo dispensare sacramenta pertinet ad illum qui habet potestatem super corpus christi verum. sed talis est solus sacerdos quare ad solum sacerdotem pertinet dispensare et ministrare sacramenta. Alius est minister baptismi in casu necessitatis et iste potest esse tam vir quam mulier. tam fidelis quam infidelis. Hoc enim interest inter baptismum et alia sacramenta quod minister baptismi potest esse alius quam sacerdos. non autem minister aliorum sacramentorum. Et ratio istius est. quia baptismus est sacramentum maxime necessitatis. non autem alia sacramenta. quia sine baptismo nullus potest esse saluus. nulla enim sine baptismo salus est. Sine autem alijs sacramentis saluantur multi. Arguunt ergo doctores sic. Illud sacramentum quod est tamen necessitatis quod sine eius susceptione nullus saluari potest debet habere ministrum ita communem quod propter defectum ministri nullus ab ipsius susceptione excusetur. sed sacramentum baptismi est tamen necessitatis quod sine eius susceptione nullus saluari potest. dicente christo salvatore nostro. in Joh. ca. iij. Nisi quis renatus fuerit ex aqua et spiritu sancto non potest introire in regnum dei. Ideo sacramentum baptismi debet habere ministrum ita communem quod nemo propter defectum ministri excusetur a susceptione baptismi. Et idcirco in casu necessitatis tam vir quam mulier. tam fidelis quam infidelis. sic. iudeus. paganus. hereticus baptizare potest dummodo baptizet in aqua. et debite profertur per verba forme baptismi. et habeat intentionem faciendi illud quod facit



## Tracta. ii. prime partis

ecclesia **L**icet infidelis nō crederet illud valere. ita tamen q̄  
semper deferendum est ceteris paribus digniori. **U**nde in  
fidelis in presentia fidelis non debet baptizare. mulier etiam  
in presentia viri nō debet baptizare. nō p̄motus etiā ad sacros  
ordines in presentia p̄moti. **L**aic⁹ etiā in p̄ntia clerici tonsura  
nō debet baptizare. **E**t rō istoz est. q̄ ille qui baptizat in p̄  
sona xpi baptizat. z repr̄sētat ei⁹ p̄sonā q̄ p̄fecti⁹ repr̄sētat  
p̄ fidēlē q̄ p̄ infidelē. p̄ virū q̄ p̄ mulierē. p̄ p̄motū q̄ p̄ nō  
p̄motū. z p̄ tonsuratū q̄ p̄ nō tonsuratū. **S**ciēdū ē tñ q̄ in il  
lo q̄ baptizat requirit̄ int̄rio baptizadi. s. faciēdi illud qd̄ int̄  
dit seu facit ecclesia aliter nō estz baptism⁹ q̄uis alia necessaria  
ad baptismū sunt ibi. **N**ō aut̄ requirit̄ talis it̄rio q̄ baptizans  
intendat baptismum valere baptizato ad vitam eternam. un  
mo cum intentione contraria. s. cum intentione q̄ baptism⁹  
nihil valet. **S**ufficit em̄ q̄ baptizans in tendit facere illud qd̄  
facit ecclesia quodcumq̄ sit illud z valet baptismus. **E**t nun  
quid si aliquis minus vel quicumq̄ alius ludendo aspergit  
aquam super aliquos non baptizatos dicendo **B**aptizo vos  
in nomine patris z filij z spiritus sancti amen. tales erunt bap  
tizati. **D**icēdum ē q̄ talis aut̄ intendit baptizare intendendo  
facere quod facit ecclesia. licet de hoc faciat trufas z derisōes  
suas. **E**t tunc talis q̄uis graviter peccet faciendo irreveren  
tiam sacramento. tñ vere confert baptismum. **S**i autem nō  
intendat in mente sua facere quod facit ecclesia nihil facit.  
**N**unquid etiam in casu necessitatis aliquis potest baptizare  
seipsum. **D**icendum est q̄ ille casus ponitur in quadam de  
cretali incipiente **D**ebitum. extra de bap. z eius effec. vbi nar  
ratur de quodam iudeo qui propter iudeoz metus non erat  
ausus vocare aliquem fidelem. sed accipiens aquā dixit. **B**a  
ptizo me in nomine patris z filij z spiritus sancti amen. **E**t ad  
huius evidentiam notandum est q̄ triplex est baptismus. scz  
fluminis. fluminis z sanguinis. **F**luminis scz qñ aliquis bap  
tizatur in flumine siue in aqua. z iste est sacramentum ecclie  
**E**t de isto loquimur hic. **E**t loquendo de tali baptismo nul  
lus potest baptizare seipsum. **E**t ratio reddit̄ a papa in illa de  
cretali quia baptismus est quedam generatio spiritualis **E**t



## De baptismo

ideo sicut seipsum nullus potest generare corporaliter dicitur  
te beato Aug. in libro de trinitate. Nullus gignit seipsum  
corporaliter. ita nullus seipsum potest generare spiritualiter. bap-  
tizando vicem seipsum. Et est alius baptisimus. scilicet. Ammininis qui  
spiritualiter mundat et abluit alicuius inuisibiliter a pec-  
cato. Et tali baptismo potest aliquis baptizare seipsum dispo-  
nendo seipsum ad gratiam dei. et sic non baptizatus adultus ha-  
bendo deuotionem ad baptismum et essendo in proposito quod  
si haberet oportunitatem susciperet sacramentum baptismi: et  
si moriatur in tali proposito saluatur. nec est hoc contra scripturas  
quod est supra allegatum. Nisi quis renatus fuerit ex aqua et  
spiritu sancto non potest introire in regnum dei. quod intelligendum  
est renatus ex aqua in paruulis in re. sed in adultis vel in re vel  
in voto. Et licet iste non sit regeneratus ex aqua in re. est tamen  
in voto. Et est alius baptismus. scilicet. baptismus sanguinis. scilicet. qui ali-  
quis non baptizatus suscipit mortem pro fide christi. Et talis bap-  
tismus proficit ad salutem dum tamen habeatur baptismus aquae  
in voto. si ille qui sustinet mortem est adultus. Sicut habetur  
in legenda beate katherine de illis rethoribus qui ad eius pro-  
dicationem conuersi fuerunt. quos imperator fecit comburi.  
Si autem non sit adultus non requiritur tale votum. sed sus-  
cipit mors tolerata pro christo. sicut fuit de innocentibus. Et  
tali baptismo nullus potest se baptizare. quia nulli licitum est  
interficere seipsum pro quacunque causa. Nec est contra hoc de  
Samsone et Rasia qui interfecerunt seipsum. Quia ut dicit be-  
atus Hieronimus. Factum eorum non est trahendum ad con-  
sequentiam. quod privilegia paucorum non faciunt legem communem.  
Anquid etiam in ministro baptismi requiritur bonitas vite  
scilicet quod sit sine peccato mortali. Dicendum quod ista questio intelli-  
genda est de sacerdote. quod ut dictum est proprius minister bap-  
tismi est. Ad huius solutionem sciendum est quod quantum ad effe-  
ctum baptismi nihil facit bonitas vel malicia ministri. quod siue  
sit bonus siue malus offert ut dictum est verus baptismus. Sed  
quod ad ministerium utrum peccet vel non in baptizando. Di-  
cendum est ergo quod aut sacerdos baptizat in casu necessitatis si-  
ne solennitate. sicut faceret vna vetula. et tunc aliqua non peccat



## Tracta. ii. prime partis

mortaliter si baptizat existens in peccato mortali. Aut baptizat extra casum necessitatis et cum solemnitate et tunc peccat mortaliter si baptizat existens in peccato mortali. quia facit irreverentiam sacramento. Verum est quod dominus Durandus quondam episcopus auiciensis. et postea episcopus Bodoensis in francia. et magister in theologia celeberrimus. et insuper ordinis predicatorum. qui fuit doctor sacri palatii dicit in quarto suo sacramentali. quod quomodo documque sacerdos existens in peccato mortali baptizat peccat mortaliter. utrum eius opinio sit vera nescio: tamen scio bene quod est dura. ¶ Scendum est quod minister baptismi debet esse vnus. Et ratio assignatur communiter a doctoribus. quia baptizans baptizat in persona christi qui est vna persona. Et idcirco persona baptizantis debet esse vna. unde plures non possunt baptizare vnum. Et si dicatur quod vnus possit baptizare plures dicendo. Ego baptizo vos in nomine patris et filii et spiritus sancti. amen. Ergo a simili plures possent baptizare vnum dicendo. Nos baptizamus te in nomine patris et filii et spiritus sancti. Dicendum quod non est simile. quia cum dicitur baptizo vos idem est ac si diceretur. baptizo te et te. quando autem dicimus. nos baptizamus te. idem est ac si diceretur. ego et tu baptizamus. quia differentia est inter nos et vos. quia nos idem est quod ego et tu. vos autem idem est quod te et te. Ideo dicendo vos nihil mutatur in forma sed dicendo nos mutatur aliquid in forma. ¶ Solet autem ab aliquibus ponit talis casus. ponatur quod hic sint duo. quorum vnus sit mutus et alius sit mancus. et sit tibi vnus puer baptizandus et mutus aspergat eum aqua et mancus proferat verba. queritur utrum talis puer sit baptizatus. Dicendum est quod aut isti baptizant in forma grecorum aut baptizant in forma latinorum. Si baptizant in forma grecorum: tunc dicunt aliqui doctores quod talis puer non est baptizatus: quia vsupra dictum est baptizans in quacumque forma baptizat baptizat in persona christi. ut dicit beatus Iohannes baptista dicens de christo. Qui me misit baptizare dixit mihi. super quem videris spiritum descendentem hic est qui baptizat. persona autem christi est vna. Unde Anathasius. Non duo tamen sed vnus



## De baptismo

est christus. quare oportet q̄ ille qui baptizat sit vnus in qua  
cunq; forma baptizet. Alij aut̄ doctores sicut **Joannes Sco**  
**tus** 7 sui sequaces dicunt q̄ si baptizent in forma grecorū q̄  
est vere baptizatus. quia vt dicunt. licet ille qui baptizat bap  
tizet in persona christi cuius est vna persona. baptizat tamen  
in nomine trinitatis in qua sunt persone plures. 7 sic non con  
trariatur baptismo fm̄ formam grecorū si sunt plures bap  
tizantes. **Que** istarū opinionū sit verior nescio. sed meo  
iudicio papa est consulendus super hoc. ad quē maiores que  
stiones potissime circa articulos fidei contingentes sunt re  
ferende. extra de bap. 7 eius effect. ca. maiores. Si autem ba  
tizent in forma latinorū dicunt communiter quasi omnes  
doctores q̄ non baptizant propter rationem supra dictā de  
differentia de nos 7 vos. que est ratio venerabilis doctoris  
sancti **Thome** de aquino in vltima parte summe. Assignat̄  
ratio talis a magistro **Herneo** britone. quia in sacramēto ma  
xime veritatis nil debet esse falsitatis. sed baptismus est sacra  
mentum maxime veritatis. ergo in baptismo nil debet esse  
falsitatis. **Sed** si isti vterentur forma latinorū qua vtitur  
**Romana** ecclesia 7 sibi adherentes. esset in tali baptismo fal  
sitas. quia mancus dicendo. ego baptizo te. i. abluo te in  
nomine patris 7c. ipse mentiretur. quia ipse non baptizat. i. nō  
abluo. immo hoc facit mutus. quare manifestum est q̄ talis  
baptismus est nullus. **Hanc** autem rationem conantur sol  
uere aliqui doctores dicentes. q̄ si ille mancus non diceret  
ego baptizo. sed diceret nos baptizamus te: 7 sic non diceret  
falsum immo verum. quia ista oratio. nos baptizamus te ve  
ra est per synodoche. **Sicut** si essent duo scriptores qui scrip  
sissent vnum librum. ita q̄ vnus ipsorum scripsisset medietate  
tem 7 alius aliam medietatem. vnus eorum posset vere dice  
re nos scripsimus istum librum. **A** simili cum mutus in bap  
tismo tali aspergat siue infundat aquam. 7 mancus proferat  
verba. vterq; potest vere dicere. nos baptizamus te. **Hoc** au  
tem nihil valet. quia ad hoc q̄ aliqua propositio verificetur  
per synodochen. de duobus oportet. q̄ ambo fecerint ac  
tum eiusdem rationis. quia si fecissent diuersarum rationum



## Tracta. ii. prime partis

vna propositio non potest verificari de his. sicut si vnus rasisset pergamenum de quo scriptus est liber. et alius scripsisset librum. ista propositio. nos scripsimus librum istum. nullo modo potest verificari. Sic est de istis dicendo. Nos baptizamus te. quia infunderet aquam et proferre verba sunt actus diuersarum rationum. ideo nullo modo de eis potest dicta propositio verificari. Et hec sufficiant de ministro baptismi.

**B** Desuscipientibus baptismum. *Cap. v*  
Baptismum debent suscipere tam viri quam mulieres. omnes. quia sine baptismum vel in re vel in voto ut dictus est supra nullus potest saluari. Sed aliter est de adultis et aliter de parvulis. quia in adulto qui recipit baptismum requiritur intentio propria suscipiendi illius quod conferat ecclesia quia nemo ex aqua et spiritu sancto renascitur. nisi volens saltem in adultis. et sue voluntatis arbitris. in ca. Omnis. de con. dist. iiii.  
In parvulo sufficit fides et intentio eorum qui eum offerunt ad baptismum. Sed nunquid potest aliquis in ventre matris baptizari sicut sit vna mulier pregnans de vno puero. et parturiendo sit in periculo mortis. nunquid in ventre eius debet baptizari. Dicendum quod non. Cuius ratio assignatur a doctoribus talis. quia ille qui suscipit baptismum debet suscipi a manibus ministri ecclesie et spargi aqua vel immergi in aquam sed ista non possunt fieri circa existentem in utero matris. quare existens in utero matris non potest nec debet baptizari. vide supra. c. quoniam in maternis. in principio de con. dist. iiii. vbi dicitur quod ille qui secundum Adam adhuc natus non est secundum Christum regenerari non potest. Et in. c. si quicquid est in homine. Sed ponatur quod aliqua pars pueri appareat extra. nunquid talis puer si timeatur de periculo ita quod non possit expectari quod totaliter nascatur potest baptizari. Dicendum quod illa pars que apparet extra aut est caput aut alia pars corporis. si illa pars que apparuit sit caput. tunc caput debet aspergi aqua dicendo. Baptizo te in nomine patris et filii et spiritus sancti. amen. et est vere baptizatus. et si nascatur postea non debet amplius baptizari. Et ratio est. quia caput est principalis pars corporis. et in eo viget omnesensus corporis. Si autem illa pars que apparet est alia pars quam caput. sicut manus vel pes



## De baptismo.

tunc dicant aliqui doctores q̄ illa pars debet aspergi aqua & baptizari. & est vere baptizatus. nec si nascat̄ postea amplius debet baptizari. **E**t ratio est. q̄ baptismus fit p̄pter animam non p̄pter corpus. **A**nima aut̄ quantum ad essentia suam est tota in toto. & tota in qualibet pte corporis. & ideo quecūq; ps corporis baptizata fuerit tota est baptizata. **A**lij aut̄ dicunt q̄ talis ps debet aspergi aqua & baptizari. s; si puer nascatur postea debet baptizari sub ista forma. **S**i tu es baptizatus ego te nō baptizo. sed si tu non es baptizatus ego te baptizo in nomine patris & filij & spūs sancti. amen. **Q**uis istorum verius dicat nescio. sed tñ credo q̄ istud vltimum sit securus. ¶ **S**ed nunquid si aliquis sit sanctificatus in vtero matris debet baptizari. **D**icendū est q̄ sic. non quidem p̄pter culpam quā habet. sed vt ascriberetur in numero fidelium & in susceptione caracteris baptismalis. & vt impleretur p̄ceptū christi de susceptione baptismi. ¶ **S**ed nūquid filij iudeorum paruuli sunt baptizandi inuitis parentibus. **D**icendū q̄ aliqui doctores sic **J**ohannes **S**cotus & dominus **B**urandus episcopus auiciensis & sui sequaces dicunt q̄ sic. **D**icunt em̄ q̄ principes et domini terrarum in quibus habitāt iudei possunt eis auferre filios suos. & eis inuitis facere eos baptizari cuz iudei sint eorum serui. & s̄m leges filij seruorum sunt res dominorum quorum sunt serui. ita q̄ domini possunt eos vendere vel impignozare. **A**rguunt igitur sic. **M**aius est aliquem posse obligare vel addicare seruituti alicuius domini temporalis q̄ seruituti dei. cui omnis homo de iure naturali tenetur seruire. sed domini terrarum in quibus habitant iudei vendere possunt filios iudeorum & tradere eos alteri domino inuitis parentibus. ergo possunt eos parentibus inuitis tradere seruituti christi. quod fit p̄ susceptionem baptismi. **A**lij vero doctores sicut beatus **T**homas de aquino & sui sequaces. dicūt q̄ filij iudeorum paruuli non sunt inuitis parentibus baptizandi. & hoc p̄pter periculum q̄ possēt p̄tingere. q̄ qñ isti paruuli qui inuitis parentibus essent baptizati essent adulti cum p̄les naturaliter sequatur patrē. ipi forte abnegarēt baptismū & redirent ad iudaismum. verisimile em̄ est q̄ si iudeorum filij



## Tracta. ii. prime partis

parvuli essent inuitis parentibus baptizandi. christiani sunt reges et imperatores qui precesserunt et fuerunt tanti zelatores fidei iudeorum filios fecissent baptizari. et etiam summi pontifices inducerent reges et principes in quorum terra habitant iudei ad hoc faciendum. **Q**uis istorum verius dicat lectoris iudicio relinquo. **S**ed nunquid furiosi et amentes debent baptizari. **D**icendum est quod isti furiosi aut fuerunt a natiuitate ita quod nunquam habuerunt usum rationis. aut habuerunt aliquotiens usum rationis. sed amiserunt propter aliquam causam. **S**i fuerunt furiosi a natiuitate non sunt baptizandi. quia ut dictum est in adulto qui debet baptizari requiritur fides et intentio suscipiendi illud quod confert ecclesia. sed tales non possunt habere fidem nec intentionem cum supponatur eos nunquam habuisse usum rationis. ergo tales non possunt suscipere baptismum. **S**i autem non fuerunt furiosi a natiuitate sed habuerunt aliquotiens usum rationis vel habent aliquotiens lucida intervalla. et tunc si in tempore quo habebant usum rationis. vel tempore quo habebant lucida intervalla habuerunt fidem et deuotionem ad baptismum. et petierunt ipsum debent baptizari si necessitas sit quamquam sint in furia. **S**i autem tempore quo habebant usum rationis. vel tempore quo habebant lucida intervalla non habebant fidem et deuotionem ad baptismum nec petebant ipsum non debent baptizari. **E**t idem dico de demoniacis. quia si antequam essent demoniaci habebant fidem et deuotionem ad baptismum et petebant ipsum debent baptizari. si autem non habebant non debent baptizari. **S**imile iudicium est de frenetico. **U**trum autem aliquis dormiens debet baptizari. **D**icendum est quod si possit excitari non debet baptizari in somno. sed si non possit excitari distinguendum est prout supra: quia aut tempore vigilie habuit deuotionem ad baptismum et petiit ipsum. et tunc debet baptizari. aut non habuit fidem et deuotionem ad baptismum et tunc non debet baptizari dormiens. **S**ed quid si sit vnum monstrum quod habeat duo corpora coniuncta debet ne baptizari ut vna persona vel ut due. **D**ico quod cum baptismus fiat propter animam et non propter corpus quantumcumque est.



## De baptismo

sent duo corpora si solum esset vna anima debet baptizari vt vna persona. Sed si essent due anime debet baptizari vt due persone. Sed quomodo sciatur vtrum sit vna anima vl' due. Dico q' si sint duo corpora sunt due anime: sed si est vnus corpus est vna anima. Et ideo si sint duo pectora z duo capita supponendum est esse duas animas. Si autem esset vnum pectus z vnum caput quantumcunq; alia membra essent duplicata erit vna anima.

### De ritu baptismi Caplm. vi.

**B**aptismus fit duobus modis. Uno modo immergendo in aquam. Alio modo aspergendo aquam. Quis autem sit melior modus. Dicendum q' si non timeatur de periculo vel propter debilitatem baptizantis vel pueri vel aliquid aliud. melius sit immergendo in aqua q' aspergendo. Cuius ratio assignatur. quia baptismus significat sepulturam christi. Unde dicit apostolus. Consepulti estis Christo per baptismum. sed melius figuratur sepultura quando fit immergendo q' quando fit aspergendo. ergo melius fit immergendo q' aspergendo. Sciendum est q' vnusquisq; debet seruare ritum ecclesie sue nec debet ipsum mutare. Vtrum autem requiratur trina immersio vel sufficiat vna. Dicendum q' sufficit vna. in. ca. propter de con. dist. iij. sed ceteris paribus melius fit per trinam in ca. post q' dist. iij. z glo. quia baptismus datur in nomine trinitatis. que trinitas melius representatur per trinam immersionem vel aspersionem q' per vnas ita tamen q' verba non finiantur ante q' omnes tres immersiones sunt complete. In hoc autem q' fiat vna vel trina qui libet debet seruare ritum ecclesie sue: vt dictum est supra de alio.

### De effectu baptismi. Caplm. vii.

**E**ffectus principalis baptismi est delere omnem culpam tam originalem q' actualem z conferre gratiaz z aperire ianuam regni celestis. in quo differt a circuncisione. quia licet ante passionem Christi circuncisio deleat culpam originalem z conferret gratiam. tamen ianuam regni celestis apere non poterat. Et ista est sententia Bede q' dicit in



## Tract. ii. prime partis

omelia sua de circumcissione domin. i. Scire debz fraternitas vestra qd idem salutifere curationis remedium olim circumcissio in lege contra originale peccati vulnus agebat. quod nunc tpe reuelate gratie baptismus agere consuevit. excepto qd inuam regni dei celestis aperire non poterat. Sciendū autē qd baptismus aliter operatur in puulis & aliter in adultis. qz in puulis nihil requiritur a pte iporum. Sed in adultis requiritur a pte eorum qd non ponant obicem. i. qd non habeāt p̄trariam dispositionē. i. qd non accedāt fictē ad baptismū. s; accedant cū debita deuotiōe. Nō solū autē baptismus p̄fert gratiam. immo omnib; suscipientib; ipm̄ tam puulis q̄ adultis q̄ non ponunt obicē p̄fert omnes virtutes tam theologicas q̄ morales. Et si nō quantum ad vsum ad minus q̄tū ad habitum. Et ista est sententia p̄ciliū generalis: & habetur in p̄stitutionibus domini Clementis quinti. extra de sum. trini. & de fide catho. ca: fidei catholice. Est autē & alius effectus baptismi qz p̄ ipm̄ cōtrahitur cognatio sp̄ualis que impedit matrimonium p̄trahendū & dirimit iam contractū. de hoc tñ dicit in fra qm̄ dicit de matrimonio. Per baptismum imp̄m̄ etiā character vt dictum est supra. & iō baptismus non debet iterari. immo pena illius qui iteraret s̄m̄ leges est decapitatio. L. ne sanctū baptisma iteret. l. ij. Scdm̄ vero canones. est qd non possit pmoueri ad sacros ordines.

**B** De annexis baptismi. Caplin. viii.  
Baptismū autē qm̄ sit cū debita solennitate p̄cedunt cathecismus & exorcismus. Et est cathecismus idē qd instructio. qz in cathecismo instruit̄ baptizandus de fide & merito fidei. Unde baptizando petit sacerdos. quid petis ab ecclesia. Et ipse si est adultus respondet fidem. Si autē sit paruulus alij respondent in persona eius. videlicet patrini. & tunc sacerdos querit. fides quid tibi prestabit. & ille respondet vitam eternam. Et tunc dicit sacerdos. Hec est vita eterna &c. Et in isto cathecismo facit tria sacerdos baptizando: Pr̄mo mittit digitos in aures ei⁹ & ponit de salina i ore ei⁹ & fecit qd baptizandus d; h̄e aures aptas ad audiendū v̄bz dei. & documēta fidei. Positio salinae in ore ei⁹ significat qd de



## De baptismo

bet esse promptus ad respondendum et ad loquendum de fi-  
de. quia locutio fit mediante salua. Secundo facit sibi cru-  
cem in fronte et in pectore. et significat quod baptizandus debet  
habere et recipere fidem Christi in corde. quod significat crux  
facta in pectore: et in ore confiteri fidem christi. Nec debet erit  
bescere fidem christi quod significat crux facta in fronte. quod in  
fröte statim apparet verecündia. quod per quod dicit aplos Ro. x.  
Corde creditur ad iusticiam. ore autem confessio fit ad salutem. Ter-  
tio ponit ei sal in ore. quod significat sapientiam. iuxta doctrinam  
apli ad Col. iij. His sermo eius debet esse sale sapie diuine  
conditus. Exorcismus idem est quod adiuratio. quod adiurat demö  
ut exeat de anima baptizadi. ut det locum spiritui sancto aduenie-  
ti. Et facit tria sacerdos baptizando. quod primo facit ei crucem  
in fronte cum pollice. et hoc masculo et femine dicendo. Christus  
vinit. Christus regnat. etc. Et significat quod baptizandus designat ut  
sit templum dei siue habitaculum spiritui sancti. Secundo facit ei cru-  
cem de sputo ad aures et ad nares et ad os dicendo. Effeta  
quod est aperire. et significat quod baptizandus debet habere au-  
res cordis clausas ne audiat suggestiones diaboli. et debet  
habere os clausum ne loquat mala verba. et debet sic viuere  
ut sit secundum doctrinam apostoli bonus odor christi in vita sua. vel  
istud significat quod talis debet emittere fenum deuote oratio-  
nis per quam effugatur demon. Juxta verbum Raphaelis in Tho-  
bia. iij. c. Fumus eius effugat omne genus demoniorum. Et  
ista sunt cum sputo. id est virtute christi. que significat per sputum  
secundum quod dicit glo. supra illo verbo Joh. ix. Lutum fecit ex sputo  
et linit oculos meos. Nam sicut sputum emittit ab interio-  
ribus cordis. ita filius dei gignitur ex substantia patris. Ter-  
cio facit ei crucem de oleo exorcizato in spatulis et in pectore  
et significat quod baptizandus debet esse fortis ad luctandum  
contra diabolum. et ad portandum onera penitentie. et ista fiunt  
mediante oleo diuine gratie. Post baptismum autem sacerdos  
facit tria baptizato. Primo ungit eum crismate. et facit virtutes  
gratie spiritui sancti quam sumpsit in baptismo. Secundo tra-  
dit ei vestem albam: et significat innocentiam baptismalem.  
Tercio tradit ei cereum incensum. et significat lumen fidei quod



### Tract. iiii. prime partis

datur in baptismo. Sciendum autem q̄ ista non sunt de esse  
tia baptismi. quia sine ipsis bene potest dari baptismus in  
casu necessitatis. Sed in tali casu si baptizatus superuixerit  
debet portari ad ecclesiam. ⁊ ibidem cathecizari ⁊ exorcizari  
propter ritum ecclesie seruandum. Non autem debet bap-  
tizari itez si sit certū q̄ sit recte baptizatus. si autē non sit certū  
debet baptizari sub ista forma. Si tu es baptizatus ego non  
te rebaptizo. sed si tu non es baptizatus ego te baptizo in no-  
mine patris ⁊ filij ⁊ spiritus sancti. amen. Et hec sufficiat bre-  
uiter de baptismo.

### Tractatus tertius prime par- tis de confirmatione. Et habet septem capitula.

**Q**uia spirituales genera-  
tionem sequitur augmentum spirituale. iō post  
q̄s de spiritali generatiōe (que fit in baptismo)  
dictum est. restat dicere de spiritali augmento  
quod fit in confirmatione. Circa quā cōsideranda sunt septē  
p̄rio quid est confirmatio. Secūdo de materia confirmationis.  
Tercio de eius forma. Quarto de eius ministro. Quinto de  
susciptentibus confirmationem. Sexto de eius ritu. Septi-  
mo de eius effectu.

#### Quid est Confirmatio. Caplin. i.

**C**onfirmatio potest sic definiri. Confirmatio est con-  
signatio facta cum crismate in fronte baptizati ab epi-  
scopo. cum certa forma verborum ad audacter confi-  
tendum nomen Christi.

#### De materia confirmationis. Cap. ii.

**M**ateria sacramenti confirmationis vt potest patere  
ex dicta definitione est crisma. in quo crismate sunt  
duo. scz oleuz oliuaz ⁊ balsam⁹. Et rō quare ista duo  
sunt materia huius sacramenti est institutio christi qui insti-  
tuit ista duo esse materiā hui⁹ sacramēti. licz em̄ nō inueniat̄  
in euangelijs q̄ christus istud sacramentū instituerit. tñ bea-  
tus Petrus qui fuit vicarius christi ⁊ pastor ⁊ rector vniuers⁹



## De confirmatione

salis ecclesie docuit promulgauit et predicauit christum in-  
stiusse. Et licet ista promulgatio non inueniatur in canonicis. i. in  
epistolis beati Petri. in dominus papa habet in decretis romane  
ecclesie. et potest haberi ex obseruantia primeua totius ecclesie uni-  
uersalis a tempore beati Petri apostoli usque nunc. que quidem ob-  
seruantia preeminet auctoritati cuiuscumque cum uniuersalis  
ecclesia regatur a spiritu sancto et errare non possit. Et si queratur  
quare euangeliste in euangelis non posuerunt materias et for-  
mas sacrorum. Ad hoc respondet beatus Dionysius in libro de cele-  
sti hierarchia dicens. quod euangeliste uoluerunt hoc facere ne ma-  
trix et forme sacramentorum uenirent in derisionem infidelium. quod  
sicut quod dicit saluator. margarite non sunt ponende ante por-  
cos. Secus autem est de baptismo. quia baptismus est sacramen-  
tum maxime necessitatis. quia sine baptismo nemo potest sal-  
uari. Idcirco oportuit quod forma eius esset omnibus communis  
et manifesta. Idcirco euangeliste posuerunt eam expresse in euan-  
gelis. Assignat autem a doctoribus talis ratio quare crisma est propria  
materia huius sacramenti. quod in crismate dicitur sunt duo  
scilicet oleum oliuaz et balsamus. et proprietates maxime istorum conueni-  
unt huic sacramento. quod oleum oliuaz est nutrimentum splen-  
doris. et ideo ponitur in lampade. ut lumen possit ibi durare.  
Et idcirco oleum est signum maioris noticie luminis fidei  
quam debet habere pre alijs confirmatus. quia ipse tenetur  
se expresse obijcere persecutoribus fidei et confiteri fidem. etiam  
absque hoc quod requiratur. Unde de confirmatione dicit in psalmo Inueni  
dauid seruum meum. in baptismi susceptione. oleo sancto meo  
unxi eum. in confirmatione. manus enim mea auxiliabitur ei  
in fidei persecutione. Balsamus autem ratione sue fragrantie  
significat odorem bone fame et opinionis que debet esse in con-  
firmato. Unde in Ecclesiastico. xxviii. c. Sic cinamomum et bal-  
samum aromatizans odorem dedit. Arguunt ergo doctores  
sic. Illud est propria materia sacramenti cuius proprietates  
maxime conueniunt effectui ipsius sacramenti. sed pro-  
prietates olei et balsami maxime conueniunt effectui sacra-  
menti confirmationis. Sciendum autem quod ista oportet  
primo esse sanctificata seu benedicta ab episcopo antequam



### Tract. iiii. prime partis

sunt propria materia huius sacramenti. Et ratio assignatur a venerabili doctore sancto Thoma de aquino in quarto suo. Quia in illis sacramentis que christus recepit in corpore suo non requiritur sanctificatio materie eorum. quia ipse tactu sui sanctissimi corporis sanctificauit ea. Et ideo quia christus fuit baptizatus non requiritur de necessitate sacramenti quod aqua prius benedicatur antequam sit materia baptismi. quod ut dicit Beda. christus sue mundissime carnis tactu vinum regeneratiua contulit aquis. Quia etiam christus suscepit sacramentum eucharistie in seipso. non requiritur quod prius panis et vinum benedicatur antequam sint materia sacramenti eucharistie. Sed in illis sacramentis que christus non suscepit in semetipso requiritur quod precedat materie sanctificatio. et ideo quia christus non suscepit sacramentum confirmationis in seipso. ideo in confirmatione requiritur materie sanctificatio. Et ideo dico de sacramento ordinis et sacro extreme vinctiois quod oportet quod precedat materie sanctificatio. Alia autem ratio assignatur ab eodem doctore in vltima parte summe. quia in illis scriptis in quibus requiritur minister specialiter consecratus. requiritur quod materia sacramenti conformiter se habeat ad ministrum sacramenti. sed in sacramento confirmationis requiritur minister specialiter consecratus scilicet episcopus quare in sacramento confirmationis requiritur materia specialiter consecrata. igitur in alia materia non potest fieri hoc sacramentum.

**H** De forma sacramenti confirmationis. Ca. iij.  
Prima huius sacramenti sunt verba que episcopus dicit quando facit crucez in fronte confirmandi cum crismate. que verba sunt ista. Consigno te signo crucis et confirmo te crismate salutis. in nomine patris et filii et spiritus sancti. amen. Et quod ista forma sit veniens forma huius sacramenti potest sic probari. Illa forma est veniens forma scripturae quam et in qua exprimiuntur verba ea que sunt necessaria ad sacramentum confirmationis. scilicet in ista forma exprimiuntur ea que sunt necessaria ad sacramentum confirmationis. quia in confirmatione est necessarius minister conferens sacramentum. Et iste exprimitur cum dicitur. Consigno et confirmo. Et etiam ibi necessaria persona suscipiens sacramentum. que exprimitur cum dicitur te. Et etiam ibi necessaria materia facti. que



## De confirmatione

exprimit cū dicitur crismate. Est etiam ibi necessaria virtus dei  
referens efficaciam sacramento. que exprimitur cū dicitur in nomine  
patris etc. Effectus etiam sacramento exprimitur in ista forma. Iste  
istud videbitur infra quando agitur de effectu huius sacramen-  
ti. quare manifestum est quod ista forma conueniens est forma  
huius sacramenti.

### De ministro confirmationis Cap. iiii.

**M**inister huius sacramenti confirmatio est episcopus solus. Cuius ratio assignatur a doctoribus talis. sicut est in  
policia corporali bene ordinata. ita suo modo debet  
esse in policia spirituali. sed sic est in policia corporali bene or-  
dinata quod promouere aliquem ad statum et gradum excellen-  
tie super alios. sicut facere militem pertinet ad illum qui habet cu-  
ram communitatis. scilicet ad principem. Quia ergo confirmatio  
per sacramentum confirmationis ponit in statu excellentie super alios  
quod confirmatio efficit miles christi. id est conferre sacramentum confirmationis per-  
tinet ad solum episcopum qui habet curam totius civitatis in sua diocesi. Sed  
tamen in casu necessitatis alii quam episcopus possit confirmare. Dicendum quod  
in materia istius sacri sibi firmiter doctores ad inuicem. Dicunt ei  
alii doctores quod papa potest committere cuiquam fidei viro quod mi-  
nister sacramentum confirmationis. et assignat talem rationem. Ille qui te-  
net locum christi in terris et habet plenitudinem potestatis in ecclesia dei potest  
disponere in sacramentis omnibus que non fuerunt instituta a christo. sed non  
legit in toto canone noui testamenti quod christus instituit sacramentum confir-  
mationis dari a solis episcopis. ergo papa qui habet plenitudinem potestatis in ec-  
clesia. et tenet locum christi in terris potest ordinare quod sacramentum confirma-  
tionis ab alio quam ab episcopo conferat. Alii autem doctores dicunt prius.  
dicunt enim quod papa non potest committere alicui nisi esset episcopus quod confer-  
ret sacramentum confirmationis. Et assignat talem rationem. quod in illis que  
sunt de necessitate sacri non potest aliquid per papam immutari. sed episcopus  
est de necessitate sacramenti confirmationis et minister sacramenti  
et id non potest per aliquem fieri puta quod alii quam episcopus conferat istud sacramentum.  
Maior istius rationis procedit ab omnibus. minor est autem istius probatio sic.  
quod sicut de necessitate sacramenti istius est quod materia eius sit san-  
ctificata. nec aliquid possit istud mutare. ita de necessitate sacri  
est quod eius minister sit sanctificatus. que sanctificatio fit in episcopali co-



## Tracta. iiii. prime partis

secratione. quare solus episcopus de necessitate sacramenti est minister huius sacramenti. Alii autem doctores tenent viam mediam. et dicunt quod dominus papa non potest committere cuiuscumque fidei indifferenter quod offerat sacramentum confirmationis. sed omni sacerdoti potest committere. Et ratione primi dicti assignatur quod nulli potest committi quod habeat potestatem super corpus christi mysticum ad minus quam ad dispensationem sacramentorum nisi habeat potestatem super verum corpus christi. quod potestas super corpus christi mysticum descendit a potestate super corpus christi verum. sed solus sacerdos habet potestatem supra corpus christi verum. ideo soli sacerdoti potest committi quod habeat potestatem super corpus christi mysticum: et hoc in dispensando sacramenta. Sed ministrando sacramentum confirmationis habetur potestas super corpus christi mysticum quare soli sacerdoti potest committi quod sit minister sacramenti confirmationis. Ratione secundi dicti assignatur ex quodam decreto in quo legitur. quod Gregorius papa commisit quibusdam sacerdotibus anglie quod vingerent baptizatos in fronte cum crismate sed in tali unctione confertur sacramentum confirmationis. quare potest committi sacerdotibus a papa quod offerat huiusmodi sacramentum. Et istud ultimum reputo verius.

**S** De suscipientibus confirmationem. *Ca. v.*  
Sacramentum confirmationis debent recipere omnes baptizati tam viri quam mulieres. quod autem secundum est de militia seculari et de militia spirituali. quod miliciam seculari non debent recipere mulieres sed soli viri. quod mulieres non sunt apte ad pugnandum corporaliter. Militiam autem spiritualem possunt recipere omnes indifferenter tam viri quam mulieres. quod tam viri quam mulieres sunt apti ad pugnandum spiritualiter contra persecutores fidei sed militia spiritualis datur in confirmatione. quare sacramentum istud potest recipere tam viri quam etiam mulieres. Et hoc est quod dicit apostolus In christo iesu neque masculus neque femina. vult dicere quod quo ad christum non est differentia inter masculum et feminam. Sed nunquid pueri sunt confirmandi. Dicendum quod sic cum incipiunt habere sum rationis. quod tunc sunt apti ad profitendum fidei christi. Et in sacramento isto datur spiritus sanctus ad robur. ut fides christi audacter recipiatur et confiteatur. Sed nunquid sine peccato potest aliquis omittere ne vnicuique recipiat istud sacramentum confirmatum



## De confirmatione

tionis. Dicendum quod sine isto sacramento potest quis esse saluus quod multi non confirmati saluantur sed si occurrit oportunitas suscipiendi istud sacramentum quilibet debet ipsum suscipere. et si sine causa rationabili omitat ipsum suscipere peccat mortaliter nisi suscipiat ipsum. Et ratio huius potest esse ista. quod quilibet quantum est in se debet se disponere ad suscipiendum gratiam vel eius augmentum si sit capax eius per quod profertur gratia vel augetur. sed in sacro confirmationis si digne suscipiatur profertur gratia vel augetur. ergo quilibet habita oportunitate debet suscipere istud sacramentum. Et ideo sacerdotes habentes curas animarum debent instruere parochianos suos. ut quando episcopus fuerit presens in parochia sua suscipiant istud sacramentum.

### De ritu confirmationis Cap. vi.

**R**itus istius sacramenti confirmationis est quod aliquis confirmatus inungitur per modum crucis ab episcopo in fronte cum crismate sub forma verborum supraposita. Confirmatio sub forma est conueniens. Cuius ratio est. quod in ritu sacramenti debent signari virtus et effectus sacramenti. modo virtus et effectus istius sacramenti confirmationis est quod per ipsum datur spiritus sanctus ad audacter fidem christi confitendum. et quod per ipsum confirmatus efficiatur pugil christi. Et ista assignantur in ritu istius sacramenti. Nam per unctionem significatur quod confirmatus in confirmatione efficitur pugil christi. Nam antiquitus pugiles inungebantur. Per aliam autem signatur quod confirmatus debet audacter confiteri fidem christi. Nam confessio fidei christi posset aliquis impediri propter duos. scilicet propter verecundiam vel propter timorem. Contra primum fit confirmatio crucis cum crismate in fronte ut scilicet non erubescat confiteri fidem christi. quia in fronte primo apparere verecundiam. quod quando homo verecundatur frons incipit prius erubescere. ideo contra ruborem verecundie inungitur frons. Sed contra timorem fit etiam crucis in fronte. quia quando timet homo incipit frons et tota facies palefcere. ideo contra timorem munitur homo confirmatus signo crucis. Alapa autem que datur confirmato non est de necessitate sacramenti. sed propter memoriam datur. Locus autem unctionis



## Tracta. iiii. prime partis

debet aliquo panno lineo mundo inuolui propter reuerenti-  
am sacramenti.

**E** De effectu confirmationis Cap. vii.  
Effectus huius sacramenti confirmationis est. qz vt  
dictū est supra. in eo dat spū sanctus z robur ad au-  
dacter pfitendum nomen z fidem christi. vñ nisi sit  
obex. i. impedimentū ex parte suscipientis in isto sacramento  
dat nona gratia vel antiqua auget. Est etiā alius effectus isti  
us sacramenti. qz per ipsuz si bñ z digne suscipiat peccata ob-  
lita mortalia z venialia dimittunt. Per istud etiā sacramen-  
tū nō imprimis caracter vt dictū est supra. ideo istud sacramen-  
tū nō potest nec debet bis suscipi. immo qui bis illud scienter  
suscipet mereret fm leges decapitari vt dcm̄ est supra de bap-  
tismo. Sciendū autē qz caracter confirmatiōis presupponit ca-  
racterē bap-  
tismi. qz nullus potest accipere istud sacramentū  
nisi fuerit bap-  
tismus. Per istud etiā sacramentū contrahit  
cogaatio spiritalis sicut per bap-  
tismum. que impedit ma-  
trimonium contrahendum z dirimit iā contractuz. De hoc  
cm̄ dicit infra quādo dicit de matrimonio. Et hec de sacra-  
mento confirmationis dicta sufficiant.

## Tractatus quartus prime par- tis de eucharistia. Et habet vndecim capitula.

**D** Ostū dictum est de ge-  
neratione spiritali que fit i bap-  
tismo: z augmē-  
to spiritali qd fit in confirmatione. dicendū est  
de spūali nutrimento qd datur in sacramento  
eucharistie. Circa quod p̄sideranda sunt vndecim. Primo  
quid est eucharistia. Secūdo de ministro eucharistie seu misse  
quis z qualis debet esse. Tercio de materia sacramēti eucha-  
ristie. Quarto de forma eucharistie. Quinto de loco vbi de-  
bet missa celebrari. Sexto de tpe quo debet celebrari missa.  
Septimo quotiens debet missa celebrari in die. Octauo de  
vestibus quibus debet indui sacerdos in missa. Nono cui de-  
bet dari sacramētū eucharistie. Decimo de ritu misse. An/



## De eucharistia

Decimo de defectibus qui possunt occurrere in missa.

**Q**uid est eucharistia et unde dicatur. Cap. i.  
**E**ucharistia potest sic notificari. Eucharistia est sacramentū corpis et sanguinis christi contentū sub speciebus panis et vini virtute verborum a sacerdote prolatū. Et dicitur ab eo quod est bonum. et charis quod est gratia. quia in illa continentur ille qui est fons gratie. scilicet christus de cuius plenitudine accepimus gratiam pro gratia. ut dicitur Joh. ca. i.

De ministro eucharistie. Cap. ii.

**M**inister sacramenti eucharistie. id est minister qui potest et debet celebrare missam est sacerdos rite et legitime ordinatus. sine peccato mortali existens. et cui non est prohibitum celebrare missam. Dico qui potest et debet. quia multi possunt qui non debent celebrare. si scilicet sacerdotes heretici vel excommunicati. vel schismatici vel degradati. quia si celebrarent veraciter conficerent corpus christi. tamen peccant mortaliter in dicendo missam. Et non solum ipsi celebrantes. imo omnes qui audiunt missam eorum si sint notorie tales. Dico rite et legitime ordinatus quia nullus nisi sit rite et legitime ordinatus in sacerdotem potest missam celebrare. Intelligendum est tamen quod aliquis non rite et legitime ordinatus potest esse duobus modis. Unum quod in ordinatione sua obmittat aliquid quod sit de essentia ordinis. sic quod non ordinetur ab episcopo. vel quod quando ordinatur manus ei non inungantur. vel quod non tradatur sibi calix. vel quod ordinans non dicat verba debita et statuta. vel quod non habeat ordinandi intentionem. Et talis in nullo modo potest celebrare missam quia talis non est sacerdos. Alio modo quod in ordinatione sua servat omnibus que sunt de essentia ordinis siue ordinationis obmittat aliquid eorum que sunt de solennitate ordinis siue ordinationis. et talis potest bene celebrare. tamen credo quod non debet potissime si ex sua negligentia fuit aliquid tale obmissum. Quid autem sit de essentia ordinis vel ordinationis. et quid de solennitate non est patris speculationis. quia scire istud magis spectat ad episcopum quam ad simplicem sacerdotem. Dico etiam sine peccato mortali existens. quia nullus in peccato mortali existens debet celebrare missam. ¶ Nota dum tamen quod aliquem esse in peccato mortali potest esse duobus modis. Unum quod sit in peccato mortali notorio. Alio modo



## Tracta .iiii. prime partis

q̄ sit in peccato mortali occulto. **P**rio modo si sit notori⁹ he-  
reticus scismaticus vel excommunicatus. symoniac⁹ vl forni-  
carus. nō solū ip̄e peccat in celebrando vt dictū est. imo oēs  
qui audiunt eius missam. **E**t ratio est. qz ista quatuor crimina  
maxime repugnant huic sacramento. **F**am in hoc sacra-  
mento est secretū fidei. z iō repellunt heretici. **E**st vinculū chari-  
tatis. iō repellunt scismatici z excommunicati. **E**st etiā vas gra-  
tie. vñ vocat eucharistia. z iō repellunt symoniaci. qui gram-  
emūt z vendūt. **E**st etiā eleuās hoīez ad statū spūales. z iō re-  
pellunt notori⁹ fornicarij. qui oēs sunt carnales. **E**t dicunt no-  
tori⁹ fornicarij n̄ p̄t̄ suspitōez vl alia signa pbabilia. s; q̄ sunt  
fm iuris ordinem condemnati de tali crimine. vel sponte in  
iudicio confessi. vel canonicē conuicti. vel p̄pter euidentiā fa-  
cti. **E**t voco euidentiā facti q̄ factū est ita notoriū q̄ nō in-  
diget testibus cum nulla possit tergiversatione celari. **S**i sit  
in peccato mortali occulto tūc sciendum est q̄ aliquē esse in  
peccato mortali occulto potest esse tribus modis. **Q**uo mo-  
do qz iam p̄misit vl scit se cōmisisse tpe preterito aliq̄ pecca-  
tū mortale de quo nō dolet neqz penitet neqz p̄terit. **E**t tal' sic  
celebrās non solū peccat mortaliter. immo mortalissime. **E**t  
de tali dicit ap̄ls q̄ qui manducat z bibit indigne. iudiciū. s.  
mortis eterne sibi manducat z bibit. **A**lio modo quis p̄t̄ esse  
in peccato mortali occulto. s. q̄ cōmisit aliquod peccatū mor-  
tale qd̄ non fuit confessus. tñ non recolit de illo peccato. z tūc  
talis aut diligenter examinauit conscientiam suam anteq̄ po-  
neret se ad celebrandū. z nullo modo potuit recordari de isto  
peccato. z est in p̄posito q̄ si recordaret confiteret illud pec-  
catū. z faceret penitentiā de ipso. z in generali dolet de oibz  
peccat' oblit'. z iste nō solū nō peccat in celebrādo imo p̄tute  
sacramenti misse meret̄ veniā. z absoluit̄ a pctō tali. **E**t ita in-  
telligit̄ istud verbū eximij doctoris **A**ugustini q̄ sacm̄ istd̄  
v̄nificat mortuos. i. illos qui isto mō existētes in pctō mor-  
tali celebrāt. **E**t si postea recordet̄ de tali peccato tenet̄ de il-  
lo confiteri. **E**t ideo quilibet anteq̄ ponat se ad celebrandus  
diligenter examinare debet cōscientiā suā si sit in pctō morta-  
li vel ne. **E**t ita p̄cipit beat⁹ **P**aulus di. **P**robet. i. examine



## De eucharistia

seipsum homo. et sic de pane illo edat et de calice bibat. Si autem  
tem aliquis etiam in peccato mortali de quo non recordatur exponat  
se ad celebrandum antequam examinauerit aliquo modo conscientiam suam  
credo quod peccat: quod est transgressor precepti apostoli iam dicti. illius  
scilicet precepti aut seipsum homo. Tercio potest esse aliquis in peccato mor-  
tali. scilicet quod recordatur se determinate aliquod peccatum mortale commisisse  
et tunc aut iste habet in presenti copiam confessoris aut non habet. si  
habeat copiam confessoris. tenet antequam celebret confiteri. et nisi con-  
fiteatur peccat mortaliter in celebrando. Nec sufficit sibi profes-  
sio generalis que fit in principio missae. quod ista confessio exten-  
dit se solum ad peccata venialia et non mortalia maxime ad illa  
de quibus homo recordatur. Si autem talis non habeat copiam con-  
fessoris. aut imminet ibi necessitas celebrandi aut non. puta quod  
sit curatus. et est dies dominica vel alia dies solennis. et po-  
pulus sibi commissus vult audire missam et esset scandalum in  
populo nisi iste celebret. vel forte aliquis parochianus suus  
est infirmus periculose et requirat istum quod det sibi corpus chris-  
ti: et iste non habet hostiam consecratam quam det sibi. Et imminet  
sibi aliqua alia necessitas legitima celebrandi. sicut si sunt nu-  
merum vel aliquid aliud tale. in istis casibus et similibus ipse te-  
netur conteri et penitere de peccato suo. et esse in proposito con-  
fiteandi ipsum quam habebit oportunitatem. et dicat missam suam  
in nomine domini. quod christus qui est summus sacerdos absoluit eum. et  
postea confiteatur quam habebit copiam confessoris. Si autem iste  
qui sic ut dictum est existit in peccato mortali. et nulla imminet  
necessitas celebrandi. nullo modo se exponat ad celebrandum  
quia absque dubio si celebraret mortalissime peccaret. Sed  
pone quod aliquis sacerdos accipiat pecunias ab aliquo ut di-  
cat missam de requiem vel aliquam aliam missam. nunquid  
talis sacerdos habet necessitatem legitimam celebrandi ita  
quod possit celebrare in peccato mortali existens absque eo quod con-  
fiteatur quando non habet copiam confessoris. Dico salvo  
meliori consilio vel iudicio quantum in ibi videtur quod nullus sa-  
cerdos debet recipere pecuniam pro dicenda missa. ita quod in-  
tentio sua sit quod missam equiparet precio pecunie. tamen quia  
finitum quod dicit apostolus Si spiritualia vobis seminamus non est mi-



## Tracta. iiii. prime partis

rum si temporalia vestra metamus. **N**on est prohibitum quin sacerdos pro sustentatione vite sue. non pro precio missae recipiat pecuniam ab eo pro quo dicit missam. et maxime quoniam sacerdos non habet redditus sufficientes pro sustentatione vite sue. **S**ed nunquid talis receptio pecunie est legitima necessitas celebrandi excusans ipsum quod existens in peccato mortali posset dicere missam absque peccato sine hoc quod confiteatur si non habeat copiam confessorum. **D**ico saluo meliori iudicio quod iste sacerdos aut est obligatus ratione sui beneficii sibi collati per superiorem vel per illum qui habet ius patronatus in illo beneficio ad dicendum quod libet die missam. sicut sunt illi qui habent perpetuas vicarias aut capellanias in aliqua ecclesia. **E**t de tali idem videtur mihi dicendum. sic dixi supra de curato cui imminet necessitas celebrandi. scilicet quod doleat seu pœreat et peniteat de peccato suo. et sit in proposito confitendi. et celebret in nomine domini. et confiteatur quoniam sibi occurrerit confessor. **A**ut iste sacerdos recipit pecuniam per dicendam aliquam aliam missam singularem. sic sunt multi qui recipiunt pecunias per missas rogatas. sic per unam missam vel pluribus de requie vel sancti spiritus vel de beata virgine vel de infirmis et sic de alijs. **E**t de isto dico quod iste nullo modo existens in peccato mortali antequam confiteatur debet exponere se ad celebrandum missam. quod peccaret mortaliter in dicendo missam. **N**ec existens in tali statu debet recipere pecuniam per dicendam missam statim. immo debet se excusare dicendo. **A**mice non sum. per nunc bene dispositus ad celebrandum missam. sed quoniam deus vult quod ero bene dispositus libenter faciam quod petis. ideo parcas mihi. **E**t si aliquis instanter requirat quod statim dicat missam si receperit pecuniam restituat statim eam sibi. et nullo modo se exponat ad celebrandum. **D**ixi etiam supra in descriptione missae quis et qualis debet esse minister missae cui non est prohibitum celebrare. quod dixi propter aliquos religiosos quibus secundum institutionem sue religionis inhibetur quod non celebrent quod diu sunt in aliquibus penitentibus per quibusdam peccatis preteritis. **S**ed nunquid angelus potest esse minister huius sacramenti. id est nunquid angelus potest consecrare. **D**icendum quod angelus neque bonus neque malus de sua natura potest celebrare siue consecrare quod



## De eucharistia

non est susceptibilis characteris sacerdotalis. Cuius ratio est quia character sacerdotalis presupponit characterem baptismalem. Unde nullus potest ordinari in sacerdotem nisi sit baptizatus. Arguunt ergo doctores sic. Nullus potest suscipere characterem sacerdotalem nisi sit baptizatus. sed angelus non potest baptizari. quia ille qui baptizatur oportet quod aspergat aqua. sed angelus non potest aspergi aqua cum non sit res corporea. quare angelus non potest baptizari. et per consequens non potest in sacerdotem ordinari. Et si dicatur. licet angelus non sit res corporea. tamen potest assumere corpus. et sic in illo corpore baptizari. sicut anima rationalis non est corporea. et tamen baptizatur in corpore. Dicendum est quod non est simile. quod aliter unitur anima corpori. et aliter angelus. quia anima unitur corpori ut forma materie. angelus autem non unitur sic. solum ut motor mobili. et ideo anima baptizato corpore baptizatur. Non autem angelus. quia anima et corpus faciunt unum suppositum. non sic angelus cum corpore quod assumit. Et ideo cum sit in premissis in proemio metaphysice. Actiones sunt suppositorum. et ideo anima corpore baptizato baptizatur. non autem angelus. idcirco consecrare non potest. Sed quid si angelus presentaret unam hostiam. dicendo eam esse consecratam. nunquid illa hostia debet adorari. Dicendum quod si angelus malus representet eam non est adoranda. nisi constaret pro certo quod esset consecrata rite. sed si angelus bonus presentaret eam esset adoranda. Et ratio est. quia angelus malus teste salvatore mendax est et pater mendacium. qui semper nititur decipere homines quare nunquam debet sibi credi. Angelus autem bonus semper verax est et veritatis alumnus. et semper nititur ad saluationem hominis. et ideo debet sibi semper credi. Verum quia ut dicit apostolus quod angelus malus sepe transfiguratur se in angelum lucis. Ideo hostia presentata ab angelo semper est adoranda sub conditione. scilicet si est rite consecrata. nisi constaret pro certo quod esset angelus bonus.

**De materia eucharistie.**  
Capitulum. iij.



## Tracta. iiii. prime partis

**M**ateria sacramenti missæ est duplex. videlicet panis et vinum. Et ratio est quare ista duo sunt materia huius sacramenti. quia istud sacramentum ordinatur ad spirituales nutritionem. Hunc autem sic nutritio corporalis consistit in cibo et potu corporalibus. et panis habet maxime rationem cibi. et vinum habet rationem potus. ita nutritio spiritualis consistit in cibo et potu spiritualibus. Et ideo in isto sacramento datur corpus christi sub specie panis in cibum. et sanguis christi sub specie vini in potum. et ita dicit ipsemet ipse Ioh. vi. ca. vbi dicit sic. Caro mea vere est cibus et sanguis meus vere est potus. Sciendum autem quod panis qui est materia huius sacramenti est panis de tritico aqua elementaliter confectus. Dico panis. quod in pasta non possit confici corpus christi. Dico etiam de tritico. quod in alio panis sicut in pane de siligine vel de ordeo. vel de alio quocumque grano nisi de tritico non potest celebrari missa. Dico etiam de aqua elementaliter confectus. quod dato quod panis esset de tritico si esset confectus cum alia aqua vel cum alio liquore sicut cum vino vel cum lacte vel cum aqua roseacea. et sic de alijs. et vniuersaliter nisi esset confectus cum aqua simplici extra li pane non posset confici corpus christi. Sciendum est quod ex precepto et vsu romane ecclesie que disponente domino cum ecclesiarum caput est magister et magistra. de. fo. cõpe. ca. vi. et ideo omnes ecclesie ei tanquam matri et magistre debent in omnibus obedire. panis de quo conficitur corpus christi debet esse azimus non fermentatus. quod licet ex vi sacramenti in pane fermentato possit confici corpus christi. nihilominus qui in pane fermentato celebraret mortaliter peccaret et esset grauiter puniendus. Notandum etiam quod vinum quod est materia istius sacramenti debet esse vinum vite. quod in alio vino sicut in vino malorum granatorum vel mororum vel pomorum. vel in quocumque alio vino nisi in vino vite non potest celebrari. Notandum etiam quod in aceto vel in agresta non potest celebrari vel consecrari. et intelligo de aceto quod est omnino acutum. quod in vino aliquantulum aceto posset consecrari licet non deberet qui posset habere aliud vinum. Et est ratio. quod non sunt eiusdem speciei cum vino cum habeant contrarias virtutes.



## De eucharistia

tes. In musto etiam licet possit consecrari. tñ credo q̄ meli⁹  
est q̄ expectetur donec sit bene defecatum. i. clarificatum. cū  
multum ratione luminositatis vix potest bene euelli quin de eo  
aliquid remaneat in calice. Ratio quare ista duo. scz panis de  
tritico et vinum de vite sunt magis materia huius sacramen-  
ti q̄ alia duo est ista potiss̄ima. quia scz x̄ps instituit istud sa-  
cramentum in ista materia celebrari. si em̄ in alia materia in-  
stituisse. illa materia esset propria materia istius sacramenti.  
Sed congruenter x̄ps in ista materia magis instituit illud sa-  
cramentum celebrari q̄ in alia. qz effectus corporalis panis  
et vini spiritualiter maxime conuenit huic sacramento. panis  
em̄ habet naturaliter confortare. iuxta illud ps̄. Et panis cor-  
poris confortat. Vinum autē habet letificare iuxta eundem. Vinū  
letificat cor hominis. Et istud sacramentum digne sumptūz  
sumentem spiritualiter confortat. ne in via huius mundi de-  
ficiat ideo vocatur viaticum. i. viatores confortās et letificās  
Et ideo vocatur eucharistia ab eu quod est bonum. et charis  
quod est gratia. quasi bona gratia. que sumentē digne letifi-  
cat. Sicut etiā panis ex multis granis conficitur. et vinum ex  
multis racemis confluit. sic et in perceptione corporis et sang-  
uinis x̄pi fideles adinuicem spiritualiter vniuntur. Et ideo vo-  
catur communio a con quod est simul et vniō quasi simul vniō  
Ipse etiam x̄ps comparauit se grano frumenti dicens Joh.  
xij. Nisi granum frumenti cadens in terram etc. Compara-  
uit se etiam viti dicens. Joh. xv. Ego sum vitis vera etc. Et  
ideo congrue sacramentum corporis et sanguinis x̄pi in vino  
de vite et in pane de tritico conficitur. ¶ Notandum etiam qz  
licet aqua non sit de essentia materie huius sacramenti. debz  
tamen misceri cum vino in calice. sed in modica quantitate.  
quia aqua significat populum iuxta illud. Apoc. xvij. Aque  
multe populi multi. Ideo mixtio aque cum vino in calice sig-  
nificat spiritualem vniōnē x̄pi et fidelis ppli. que fit p̄tute isti-  
us sacramenti. ¶ Sed nūquid sacerdos possit in quacūqz q̄n-  
titate de ista materia p̄secrare. dicunt aliqui doctores qz non  
sed solū q̄ntum sufficeret sibi et populo sibi commisso. Quo-  
rum ratio est. qz cū istud sacramentū ordinet ad vsuz fideliz



### Tracta. iiii. prime partis

sacerdos non potest consecrare plus nisi q̄ntum sufficit vsui  
fidelium. Alij autem doctores dicunt q̄ non est determina/  
ta quantitas vltra quam sacerdos non posset consecrare de  
pane z vino. immo in quacunq; quantitate presentaretur sibi  
panis z vinum in tanta etiã quantitate posset cōsecrare de pa  
ne z vino. Cum em̄ in forma consecrationis ponatur istud p̄  
nomen demonstratiuum hic vel hoc oportet q̄ materia cōse  
cranda obijciatur oculis sacerdotis. Cū dicunt q̄ sacerdos  
existens in altari non posset consecrare totum panē qui est in  
platea vel totum vinum quod est in cellario. sed totum panē  
z totum vinum quod sibi offertur in quacunq; quātitate esset  
posset totum cōsecrare. Et ratio est. quia si prima opinio esset  
vera. sequeretur q̄ sacerdos existens in deserto nō posset tot ho  
stias consecrare quot posset existens in magna ciuitate. nec eti  
am sacerdos simplex tot quot posset sacerdos curatus. q̄ oīa  
sunt absq; ratione dicta. Et respondent ad rationē aliorū z di  
cunt q̄ differentia est inter istud sacramentū z alia sacramē  
ta. nam essentia aliorū sacramentorum consistit in dispensatio  
ne z vsu materie. sicut essentia baptismi consistit in aspersione  
aque z prolatione forme. z ita est de alijs sacramentis. s̄ essen  
tia huius sacramenti. eucharistie consistit in consecratione  
materie z non in vsu eius. q̄ posito q̄ hostia consecrata nūq̄  
sumeret adhuc esset verum corpus. Et ideo licet sacerdos nō  
debeat consecrare nisi tot hostias quot sibi z populo suo sunt  
necessarie. tñ si consecraret mille milia omnes essent consecra  
te. Solet autem ab aliquib; talis questio moueri circa istā  
materiam. Si essent tredecim hostie p̄secrāde z sacerdos nō  
crederet esse nisi duodecim. nunquid omnes tredecim essent  
p̄secrate. Ad hoc respondet dominus Berengarius archie  
piscopus cōpostellanus magister in theologia parisiensis in  
quodam quodlibeto suo z dicit q̄ aut iste sacerdos intendit cō  
secrare omnes hostias que sunt ante se quotquot sunt. tñ non  
credit q̄ sint nisi duodecim. z tunc dicit q̄ omnes sunt p̄secra  
te. Aut intendit precise consecrare duodecim z nō plures. z nō  
determinat que sunt ille duodecim. z tūc dicit q̄ nulla est cō  
secrata. quia cum quelibet sit consecrabilis. ita q̄ non magis



## De eucharistia

una q̄ alia. ⁊ sacerdos non determinat se magis ad istam q̄ ad aliam. ⁊ ergo qua rōne tu dicis. ista nō est p̄secrata ita ego eadem rōne dico q̄ nec illa. ⁊ sic poterit de qualibz dici. quare neutra erit p̄secrata. **U**n̄ q̄n̄ sacerdos habet p̄secrare p̄les hostias. nō debet se determinate limitare ad certum numerum. sed debet habere intentionem q̄ p̄secret quicquid est ante se. **E**t ista sufficiant de materia eucharistie.

**D**e forma consecrationis eucharistie ⁊ sanguinis Christi.

### Capitulum quartum.

**O**m̄nium sacramentoz forme p̄sistunt in verbis certis ⁊ determinatis ⁊ ideo forma sacramēti eucharistie in aliquibus verbis limitat̄ p̄sistit. **A**d sciendū autē in quibz verbis p̄sistit forma istius sacramēti sciendū q̄ in missa sunt quedā verba que sunt de solennitate tm̄. ⁊ quedam que sunt de necessitate. **V**erba que sunt de solennitate sūt illa que solū faciunt ad ornatū ⁊ ad quandā decorē misse sic sunt pro se. ⁊ aliqui versus qui dicunt̄ infra gloria in excelsis deo ⁊ infra sc̄tus. ⁊ infra agnus dei. **E**t ista nihil faciūt ad essentiam misse. im̄mo credo q̄ q̄n̄ debet esse sermo debent dimitti totaliter melodie. vel ad minus abbreviari. quia plus proficit sermo q̄ talia carmina. cum ista mulceant aures corporis. ⁊ sermo medice languoribz anime. **V**erba que sunt de necessitate sunt illa qui directe sunt de officio misse. **S**ciendū q̄ duplex est necessitas. quedā est necessitas precepti ⁊ quedā est necessitas sacramēti. **I**n missa ergo quedā sunt v̄ba de necessitate precepti. ⁊ quedam de necessitate sacramēti. **D**e necessitate precepti sunt omnia illa verba que a beato Petro apostolo ⁊ ab alijs summis pontificibus successoribus suis fuerūt instituta dici in missa. **D**e necessitate vero sacramēti sunt illa verba que christus in cena protulit q̄n̄ sacramentum istud instituit. **E**t est differētia inter ista verba. q̄ si aliquis dimitteret ista verba que sunt tm̄ de necessitate precepti. ⁊ diceret illa que sunt de necessitate sacramēti ⁊ haberet intentionēz celebrandi p̄secraret vere tm̄ mortalissime peccaret. ⁊ ess̄ gravissime puniend⁹. si p̄o diceret oīa ista verba que sunt de necessitate precepti. ⁊ dimitteret illa que sunt de necessitate sacramēti



## Tracta. iiii. prime partis

ti. q̄stuncunq; intenderet consecrare. nullo modo tamen cō-  
secraret. Cum ergo s̄m p̄ h̄m forma sit que dat esse rei. & sine q̄  
res esse non potest. manifestus est q̄ illa sola v̄ba que sunt de  
necitate sacramenti sunt forma huius sacramenti. **I**sta aut̄ ver-  
ba q̄stum ad formā consecrationis corporis sunt hec. **H**oc est  
em̄ corpus meum. **S**ciendum aut̄ q̄ hec dictio em̄ nō est de  
necitate sacramenti. q̄ posito q̄ aliquis sacerdos cū intenti-  
one consecrandi proferat ista verba. hoc est corpus meū. & non  
diceret em̄ vere consecraret. **U**trū aut̄ oporteat q̄ precedāt  
aliqua alia v̄ba que sunt de integritate forme: **N**otādū est q̄  
magister **J**ohes **S**cotus in. iij. suo dicit q̄ oīa ista v̄ba ab  
illo qui pridie z̄c. inclusive vsq; ad illū locū. s̄i modo exclusi-  
ue sunt necessaria ad formā consecrationis corporis christi. & ratio  
sua est. q̄ sacerdos consecrans pfert verba consecrationis in p̄-  
sona christi. oportet ergo q̄ aliqua verba precedāt v̄ba consecra-  
tionis per que demōstret̄ q̄ sacerdos loquat̄ in p̄sona christi  
ista aut̄ v̄ba sunt v̄ba illa qui pridie z̄c. de necessitate oportet  
q̄ illa v̄ba precedāt. **E**t istud declarat ip̄e per tale exemplū  
**S**i aliquis diceret. dico **J**esuz christū fuisse ministrū circū-  
cisionis. dubiū esset vtrū illud verbū fuisset dictū a b̄tō pau-  
lo. sed si ip̄e diceret **P**aulus dicit. dico **J**esuz christū z̄c. tūc  
esset cunctis audientib; certū q̄ istud verbū esset dictū a be-  
ato **P**aulo. **S**ilr̄ in proposito vt denotet̄ q̄ sacerdos dicit  
ista verba. s. (hoc est em̄ corpus meū) in persona christi oportet  
q̄ precedāt aliqua v̄ba p̄ que dat̄ intelligi q̄ christus dicit ista  
v̄ba. hoc est em̄ corp⁹ meū. ista aut̄ v̄ba sunt illa qui pridie z̄c  
**A**lij aut̄ doctores dicūt vt dictū est q̄ duplex est necessitas.  
scz necitas p̄cepti & necessitas sacramenti. **D**icūt ergo q̄ de  
necitate sacramenti sunt tm̄ ista quatuor verba. hoc est corp⁹  
meū. q̄ cū ist̄ quatuor v̄bis fieret consecratio si sacerdos dice-  
ret ea cū intentiōe consecrandi: **A**lia aut̄ sunt de necessitate p̄cep-  
ti. **E**t si quis omitteret scienter aliqd̄ eoz. peccaret mortaliter  
tm̄ nihilomin⁹ consecraret. **E**t respondēt ad rationē s̄is q̄n̄ dic̄  
q̄ sacerdos consecrans loquit̄ in persona christi. & ideo oportet  
q̄ dicat aliqua v̄ba per que denotet̄ q̄ loquat̄ in persona chri-  
sti **D**ico q̄ istud de necessitate sacramenti nō requirit̄ sed suf



## De eucharistia

ficit intentio sacerdotis intendentis loqui in persona christi  
et propter ista verba. hoc est enim corpus meum. satis ostendit  
quod sacerdos non in persona propria loquitur. quod nullus sacerdos  
vult dicere quod sit corpus suum. proprium. sed loquitur in perso-  
na christi cuius istud est corpus. dicendum ergo quod forma con-  
secrationis corporis christi consistit precise in his verbis. hoc est  
corpus meum. **De hoc autem quid demonstrat istud nomen demon-**  
**stratum hoc cum dicitur. hoc est corpus et est magna dubitatio Ad**  
**hoc autem dixerunt aliqui doctores quod istud nomen hoc demon-**  
**strat corpus christi. Alii dixerunt quod demonstrat substantiam**  
**panis. Sed istud salua reuerentia dicentium non est verum. et arguo**  
**sic contra eos secundum sententiam omnium doctorum et secundum veritatem.**  
verba sacramentalia efficiunt illud quod significant. sed ver-  
ba predicta. scilicet hoc est corpus meum. non efficiunt quod corpus christi  
sit corpus christi. quod antequam verba ista proferrentur iam corpus christi  
erat corpus christi. nec etiam efficiunt quod panis sit corpus christi.  
quod ista est falsa. substantia panis est corpus christi. ergo istud nomen  
hoc non demonstrat corpus christi nec substantiam panis. **Et**  
**propter hoc dicitur alii quod istud nomen hoc nihil demonstrat. quod**  
**ista verba dicuntur recitative a sacerdote. et ideo istud nomen**  
**hoc non tenet demonstratiue sed materialiter tamen Sed istud nihil**  
**est dictum. quod non tollit difficultatem. quod licet ista verba dicantur modo**  
**recitative a sacerdote consecrare. tamen christus consecrans in die ce-**  
**ne non dixit ista verba recitative. et ideo quando dixit ista verba istud**  
**nomen hoc aliquid demonstrabit. et sic remanet eadem difficul-**  
**tas que prius. Et ideo dicunt alii quod istud nomen hoc**  
**nihil demonstrat determinatum. sed demonstrat aliquid**  
**indeterminatum. unde quando dicitur. hoc est corpus me-**  
**um in persona christi oportet quod precedant aliqua verba**  
**per que deum intelligi quod christus dixit hec verba: hoc est**  
**corpus meum. et est sensus. hoc quod continetur sub illis specie-**  
**bus quicquid sit istud est corpus meum. Et si obijciatur quod illud**  
**quod continetur sub istis speciebus pro toto tempore quo dicuntur verba**  
**est panis. quod corpus christi non incipit ibi esse nisi post pronuntiationem**  
**verbum syllabe. s. um. ergo quando dicitur sic: hoc est et est sensus quod**  
**illud quod continetur sub istis speciebus sit corpus christi. erit sensus quod panis**  
d iij



## Tracta. iiii. prime partis

est corpus quod est falsus. Dicendū q̄ ista propositio hoc est  
zē. sic z̄ quelibz alia donec tota proferat nō est pfecta. nec per/  
fectū sensus generat in animo auditoris. z̄ ideo nō est iudicādū  
de e⁹ p̄tate quibz sit tota plata. Cōstat at̄ fm̄ fidē q̄ istd̄ qd̄  
tinet sub istis speciebz post plationē vltimē syllabe est corp⁹  
xpi. Et ideo vere dicit q̄ istud p̄nomē hoc demōstrat illud  
qd̄ p̄tinet sub illis speciebz quodcūqz sit illud. Et ista suffici/  
ant de forma consecrationis corporis Christi.

**¶** De forma consecrationis sanguinis christi.

**¶** Alia pars quarti capituli.

**Q**uia forma p̄secrationis sanguinis xpi sciendū est  
q̄ in quibz verbis p̄sistit forma p̄secratōis est duplex  
opinio. Māscētis Thomas de aquino z̄ sui sequaces  
dicūt q̄ forma p̄secratōis sanguinis p̄sistit in his v̄bis. Hic  
est em̄ calix sanguinis mei noui z̄ eterni testamenti mysteri⁹  
fidei qui p̄ vobis z̄ pro multis effundet̄ in remissionē peccato  
rum. Ita q̄ omnia ista verba sunt de essentia forme. z̄ qui ali  
quod istoz̄ verborum dimitteret nihil faceret. Et ratio sua  
est ista: quia de essentia z̄ integritate alicuius propositionis  
sunt non solum subiectum z̄ predicatum. sed etiā ea que sunt  
determinatōnes subiecti z̄ predicati. sed ista verba noui z̄ eter  
ni testamenti vsqz ad . peccatorum. sunt determinatōnes pre  
dicati. s. calix sanguinis mei quare omnia sunt de essentia z̄ in  
tegritate istius propositionis. Hic est calix zē. quare omnia  
sunt de essentia forme. Magister autem Henricus de San  
dauo z̄ sui sequaces dicunt q̄ in istis verbis tm̄. hic est calix  
sanguinis mei. p̄sistit forma consecrationis sanguinis. z̄ tūc  
istis verbis dictis statim est ibi sanguis xpi. Alia autēz ver  
ba que sequūtur. s. eterni z̄ noui testamēti zē. nō sunt fm̄ istos  
de essentia forme. nec de necessitate sacramenti. sed solum de  
necessitate precepti. Unde qui dimitteret aliquod istoz̄ ver  
borum noui z̄ eterni testamenti licet grauius peccaret tñ ve  
re consecraret. Et ratio istorum est ista. quia per formas sacra  
mentales non importatur de necessitate sacramenti nisi illud  
quod efficiunt. sed essentia sanguinis xpi in isto sacramento  
directe z̄ explicate signatur per ista verba. ergo precise consi



## De eucharistia

stis forma consecrationis sanguinis in his verbis. Que ista /  
rum opinionum sit verior fateor me nescire. Primum tamen  
reputo securiorē. et ad eam confirmandā adducit frater Bern.  
de ganacho quondam certicus claromontensis et baccalari⁹  
in theologia parisius in correctorio suo contra magistrū Hen-  
ricum talia duo signa. Primum est quod sacerdos in missa non  
ostendit populo sanguinem christi ad adorandum quousque com-  
pleverit omnia verba predicta. scilicet hic est calix etc. usque in remissi-  
onem peccatorum. et statim his verbis dictis eleuat calicem  
ostendens sanguinem christi populo ad adorandum in signum quod  
tunc completa est consecratio sanguinis et ante non. Secun-  
dum signum est quod beatus Ambrosius qui est vnus de qua-  
tuor doctoribus principalibus ecclesie in missali suo scripsit  
formas sacramentorum omnium litteris aureis. et in eodem  
missali scripsit omnia verba predicta aureis litteris. ergo de  
intentione beati Ambrosii fuit quod omnia verba predicta sunt  
de forma consecrationis sanguinis christi. Iudicio etiam meo  
paruo illud videtur esse de intentione illius decretalis. Luz  
marthe. extra de cele. miss. Casus enim decretalis est iste. Qui  
dam episcopus attendens et videns quod in nullo euangeliorū  
inuenit quod aliquis euangelistarum posuerit ista verba. my-  
sterium fidei. mirabatur quis fuerit tante audacie quod fuit au-  
sus verbis sacramentalibus interponere ista verba. et super  
hoc consulit dominum papam. Et constat quod intentio sua  
erat quod istud esset de integritate forme. alias questio sua esset  
nulla. quia eodem modo posset queri de quolibet verbo to-  
tius canonis. Et papa non reprehendit eum de questione il-  
la. immo commendat. Et ergo videtur quod omnia illa verba sunt  
de integritate forme. Et qui quid sit de veritate istarū opi-  
nionum nescio. Consulo tamen cuilibet celebranti quod omnia ver-  
ba predicta dicat sub vnico contextu et cum actuali intentio-  
ne quantum poterit consecrandi. Sciendum autem quod per ista ver-  
ba istius forme tanguntur quatuor beneficia que recepimus a  
passione christi. Cuius passionis istud sacramentum est reme-  
moratiuum. iuxta verbum apostoli Pauli. i. ad Cor. xi. dicentis. Duo  
tenescumque manducabitis panem hunc et calicem bibetis mor-



## Tract. iiii. prime partis

tem domini annūciabitis zc. **¶** Primus effectus siue primū  
beneficiū passionis christi est q̄ per ipsam sumus a potesta-  
te demonis liberati. Et istud tangit in forma sacramenti cuius  
dicitur. **Hic est calix sanguinis mei.** Sicut em̄ olim filij isra-  
hel fuerunt de potestate z seruitute Pharaonis per sangui-  
nem agni pascalis liberati. sic populus fidelis est a potestate  
demonis liberatus per sanguinē christi. s̄m q̄ confitetur b̄tus  
**Johes in Apoc. ca. v. de christo.** Redemisti nos deo in san-  
guine tuo. **¶** Secundus effectus siue sc̄dm beneficiū qd̄ rece-  
pimus a christi passione est q̄ p̄ ip̄as sumus celestis glorie he-  
redes effecti. Et istud tangit in forma ista cū dicitur. noui z eterni  
testamēti. Sicut em̄ pater cōdens testamētū filios heredes in-  
stituit. sic christus nouū testamētū ordinans fideles institu-  
it heredes glorie paradisi. Et istud testamētū fuit in sua passi-  
one confirmatū. qz testamētū morte testatoris confirmat̄ ut dicit  
ap̄ls ad **Heb. ix.** Et hoc est qd̄ dicit idē in eadē epla dicens de  
christo. Noui testamēti mediator est ut morte intercedēte re-  
promissionē accipiant qui vocati sunt eterne hereditatis.

**¶** Sciendū autē q̄ lex euangelica dicit nouū z eternū testamen-  
tū ad differentia legis Moysayce que fuit testamētū vetus  
z transitoriū. Et dicit nouū. qz noua promittit. s̄. bona celestia  
que nunq̄ legunt̄ p̄missa in veteri testamento. s̄. soluz bona  
tpalia. z ideo qz bona tpalia transitoria sunt. ideo testamētū  
vetus transitoriū fuit. s̄. qz bona celestia eterna sunt. ideo te-  
stamētū nouū vocatur eternum. Dicit̄ etiam nouum. qz no-  
uo modo fuit institutū. s̄. a sanguine christi. lex em̄ Moysayca  
fuit instituta cū sanguine animalium. s̄m q̄ legit̄ z recitat apo-  
stolus in epistola ad **Heb. ix. ca.** dicens. q̄ postq̄ Moyses  
scripsit legem in libro z legerat eorā omni populo aspersit  
brum z populum sanguine vitulorum z hircorum dicens. hic  
est sanguis testamēti. Sed lex euangelica fuit instituta me-  
diante sanguine christi. s̄m q̄ dicit ip̄emet christus. **Lu. xii.**  
dicens. **Hic est calix noui testamēti in sanguine mea.** Et istā  
rationem tangit apostolus **Heb. ix.** Non enim per sangui-  
nem hircorum aut vitulorum. sed per propriū sanguinem  
introuit̄ semel in sancta eterna redemptione inuenta. z ideo



## De eucharistia

novi testamenti mediator est. **T**ercius effectus siue terci-  
um beneficium quod per passionem christi recepimus est qd  
per ipsam sumus de fide catholica informati. et istud tangitur  
in forma istius sacramenti. cum dicitur. mysterium fidei. **S**i-  
cut enim dicit **Ambro.** in lib. qui vocatur exameron: Sanguis  
extractus de sub ala dextra columbe valet ad illuminandum  
oculos corporales. ita sanguis christi qui exiit de latere eius  
dextro pendens in cruce valet ad illuminandum oculos spi-  
rituales anime ad credendum ea que sunt fidei. **E**t in huius si-  
guram veluti templi quod occultabat ea que erant intra sancta-  
sanctorum fuit in passione christi scissum. in signum quod ea que  
erant occultata et velata sub ymbra legis et prophetarum fue-  
runt manifestata et referata. **Q**uartus effectus siue quartum  
beneficium quod per passionem christi recepimus est quod per ipsam  
sumus a peccatis mundati. et hoc tangitur in forma ista cum dicitur.  
in remissione peccatorum. **E**t de hoc loquitur beatus **Johes**  
in **Apo.** i. dicens. Dilexit nos et lauit nos a peccatis nostris  
in sanguine suo. **E**t his patet quod forma consecrationis corporis  
christi consistit precise in his verbis. **Hoc est enim corpus meum.**  
**Matth.** xxvi. **Mar.** xiiii. **Joh.** xix. **Luc.** xxii. et i. ad **Cor.** xi.  
Forma autem consecrationis sanguinis consistit in his verbis. **Hic**  
**est calix sanguinis mei etc.** usque ibi. in remissione peccatorum.  
**U**niversis omnino verba canonis debeant dici cum magna at-  
tentione et deuotione et mentis recollectione. **I**sta tamen verba  
specialiter cum summa deuotione et actuali intentione quantum possi-  
bile est debent dici. **E**t si aliquis querat vel dubitet quare in  
forma consecrationis sanguinis non dicitur. hic est sanguis  
meus. sicut in consecratione corporis dicitur. hoc est corpus  
meum. potest dici quod causa huius est ista. **Hoc enim sacramen-**  
**tum ordinatur ad usum fidelium. qui usus est spiritualis et sa-**  
**cramentalis manducatio quantum ad corpus. et spiritualis et sa-**  
**cramentalis potus quantum ad sanguinem. Et quod homines ma-**  
**gis abhorrent bibere sanguinem quam comedere carnes. ideo ad**  
**remouendum horrorem non dicitur in forma consecrationis**  
**sanguinis. Hic est sanguis meus. sicut dicitur in forma consecra-**  
**tionis corporis christi. hoc est corpus meum. sed dicitur. hic est calix sangui-**



## Tract. iiii. prime partis

nis mei. Et est ibi quedam figura quam grammatici vocant metonymiam. s. quando ponitur continens pro contento sicut quando dicitur. bibatis istud vas vini. quia non est sensus q homo bibat vas. sed q bibat vinum quod continet in vase. Similiter quando dicitur Hic est calix sanguinis mei non est sensus q virtute verborum sit ibi calix. qz antea erat ibi. sed q ibi sit sanguis christi. ¶ Si aliquis dubitaret quare in forma consecrationis corporis christi non dicitur. hoc est corpus meum quod pro vobis tradetur. sicut dicitur in forma consecrationis sanguinis. qui pro vobis effundetur. cum ita bene fuerit corpus pro vobis traditum sicut sanguis effusus. Ad hoc dicendum est q istud sacramentum est rememorationem passionis et mortis christi. Ita dicit apostolus Paulus. i. ad Cor. xi. Quotiescumq manducabitis panem hunc et calicem bibetis mortem domini annunciabitis donec veniat. dies. s. iudicij. Christus etiam instituens hoc sacramentum dixit Lu. xxij. Hoc facite quotiescumq sumitis in meam commemorationem. hoc est in memoriam mee passionis. Passio autem et mors christi melius representatur per effusionem sanguinis qz per traditionem sui corporis. ideo dicitur in forma consecrationis sanguinis qui pro vobis effundetur. et non dicitur in consecratione corporis quod pro vobis tradetur. ¶ Notandum etiam q lex virtute verborum forme consecrationis corporis sibi specie panis sit tantum corpus christi ex virtute forme verborum consecrationis sanguinis sibi specie vini sit tantum sanguis christi. tamen ex quadam naturali et communitaria sub utraque specie est totus christus verus deus verus homo. ita dicitur in prosa de corpore christi ubi dicitur. Caro cibi sanguis potus. manet christus tamen totus sub utraque specie.

¶ De loco in quo debet missa celebrari. **Cap. v.**

**U** Estatur omnium philosophorum sententia q mirabilis est influentia loci proprii. Et reuera est mirabilis instantum q rem mutat et alterat a sua natura. sicut narrat Aristoteles. in li. de plantis. de pomis perficis dicitur a psia ubi primitus inuenta fuerunt. Nam illa que nascuntur ibi prompta interficiunt. ea autem que nascuntur hic sunt ad comedendum suavia et iocunda. Ex quo patet manifeste quantum facit locus ad mutationem rerum



## De eucharistia

Et propter hoc fuit preceptum filiis israel in li. Deutero. xij. ca. q. non offerrent sacrificium nisi in loco quem dominus elegerit. Si enim sacrificium israeliticum quod de carnibus hircorum vitulorum et agnorum fiebat offerri non debebat nisi in loco sancto et mundo. Quod magis sacrificium catholicum in quo christus verus deus et verus homo offert non debet offerri nisi in loco sancto et mundo. Unde locus in quo regulariter debet missa celebrari est ecclesia. Et ita dicit Augustinus. Extra ecclesiam non est locus veri sacrificij. Et dico regulariter. quia in aliquibus casibus potest missa celebrari extra ecclesiam. Notandum autem quod ecclesia quae nunc potest duobus modis considerari et accipi. Quia uno modo ecclesia idem est quod congregatio fidelium. qui congregantur fide et charitate. et ita accipit Augustinus. ecclesiam quam dicit quod extra ecclesiam. id est extra fidem ecclesie non est locus veri sacrificij. Alio modo ecclesia idem est quod ista domus materialis in qua dicitur hoc et misse. et extra ecclesiam sic dictam potest in aliquibus casibus missa celebrari. sicut in honesto exercitu. vel quando ad aliquam festivitatem vel ad devotionem alicuius sancti. vel obsequium alicuius defuncti vel ad aliquam missam novam. vel ad aliquod aliud tale convenit multitudo magna populi. et ecclesia est parva. ita quod non potest ibi recipi populus. potest in cimiterio vel in aliqua alia platea honesta et munda erigi altare et debet ita decenter aprari ne pulvis vel status venti vel aliquid aliud tale possit ibi aliquod offendiculum inferre. De licentia etiam dyocesanum potest propter aliquam necessitatem missa celebrari in domo alicuius in aliqua camera apta ad hoc ita tamen quod semper celebretur super altare portabile quod ponatur super aliquam tabulam lapideam alicui stipiti annexam benedictam ab episcopo. Et ista tabula debet esse integra. que si esset fracta non deberet ibi missa celebrari. nec etiam si esset a stipite amota. immo peccaret qui ibi celebraret. Ista etiam tabula debet esse lapidea et non de aliqua alia materia. Et huius ratio est una. quia christus qui ibi immolatur vocatur petra. Unde dicit apostolus. i. Cor. i. Petra autem erat christus. Alia causa est. quia sepulchrum christi quod representat altare fuit excisum de petra. ut dicitur in Marco. Et propter istam eandem rationem corporalia debent esse li-



## Tract. iiii. prime partis

nea. et non de aliqua alia materia. quia xps in monumento fuit involutus in sudone munda. in lino candidissimo: Et corporalia significant illa lintheamina in quibus xps fuit mortuus involutus. Calix etiam non debet esse de vitro. quod de facili posset frangi nec de ligno. quia lignum est porosum. et in poris posset sanguis subintrare: Nec de calibe. nec de cupro nec auricalco. quia inducunt fastidium et nauseam. et esset periculum de vomitu. **N**on autem fieri de argento et auro vel stanno. **S**ciendum autem quod quando altare est totum benedictum non oportet quod sit ibi tabula alia. **N**otandum etiam quod altare siue sit in ecclesia siue extra ecclesiam semper debet erigi versus orientem. ita quod ille qui dicit missam habeat faciem ad orientem. **E**t ratio est una. quia xps vocatur oriens. **L**uce primo: **V**isitavit nos oriens ex alto. **E**t de xpo cantat ecclesia. **O**riens splendor lucis eterne. **A**lia causa est. quia sicut patet dicunt philosophi. pars orientalis est dextera pars celi: **S**ecundum autem quod dicitur per in **D**istinctio. xxv. ca. **S**tatuat bonos a dextris. **U**t ergo in iudicio mereamur poni a dextris debemus orare versus orientem. **E**t quia principalior omnium orationum est missa. ideo qui dicit missam debet habere faciem versus orientem. **N**on autem ecclesia in qua dicitur missa sit consecrata vel non nihil faciat ad missam. licet quantum ad sollemnitatem missae semper si possibile sit debeat dici in ecclesia consecrata. cum sit multum honorificum et utile ecclesiam esse consecratam. quia quando aliquis causa orationis intrat ecclesiam consecratam peccata venialia sibi remittuntur. **S**ciendum autem quod in navium quibus debet celebrari missa propter periculum effusionis sanguinis **I**n ecclesia etiam sanguinis vel seminis effusione polluta non debet missa celebrari. **E**t si aliquis ibi celebraret graviter peccaret. **N**on tamen ex hoc efficeret irregularis si fuerit declaratum per dominum **B**onifacium octavum. extra de sen. ex. ca. is. qui. li. vi. **S**i etiam ecclesia esset predicto modo polluta non posset in cimiterio sibi contiguo celebrari. quod quia ecclesia est polluta similiter cimiterium sibi contiguum pollutum reputatur. non tamen converso. id est si cimiterium sit pollutum quod ecclesia sibi contigua sit polluta. cum principale trahat annexum. et non annexum principale ut habet extra



## De eucharistia

de con. ec. vel alta. si ecclesia. li. vi. Unde in cimiterio contiguo et annexo ecclesie pollute non debet aliquis celebrare nec etiam debet ibi aliquis sepeliri. Secus esset si cimiterium non esset contiguum ecclesie. quod posito quod ecclesia esset polluta cimiterium non contiguum ipsi ecclesie non esset pollutum. ut patet in ca. preallegato. Tempore etiam interdicti non debet dici alta voce nec ianuis apertis missa. nec etiam alie hore in ecclesia nisi quatuor festiuitatibus. scilicet in die natalis domini. in die resurrectionis domini. in die penthecostes. in die assumptionis beate Marie. Ne autem ecclesie defraudent officijs debitis. et ne diuinum officium negligatur. et ne fidelium deuotio minuatur. et ne infidelium in deuotio augeatur. tempore cuiuscumque interdicti ianuis clausis excommunicatis et interdictis expulsi. campanis etiam non pulsatis debet missa et totus reliquum officium diuinum tam diurnum quam nocturnum dici submissa voce in ecclesia. ita quod non possit audiri ab alijs qui sunt extra. Omnia ista habentur extra de sen. ex. et interdicti. in ca. alma mater. li. vi. Et qui contrarium fecerit est irregularis et ineligibilis. nec etiam ipse potest eligere. nec potest absolui nisi in articulo mortis tantum nisi per sedem apostolicam ut habetur de sen. ex. ca. is qui. li. vi. Aliquo etiam excommunicato presente nullus debet celebrare in ecclesia aut alibi. alioquin peccaret mortaliter. et ultra hoc esset suspensus ab ingressu ecclesie. nec posset absolui nisi ab illo qui tulit sententiam excommunicationis. ut habetur extra de priuilegiis. c. epoz. li. vi. Et istud non debet contemni. quod si suspensus celebraret esset irregularis. ut habetur expresse extra de sen. ex. si cui. li. vi.

**U** Duo tempore debet missa celebrari. Cap. vi.  
Dicit Salomon. Omnia tempus habent. et hoc rationabiliter. res enim penes varietatem temporum maximam acquirunt immutationes. Quod euidentissime potest apparere in lactuca. que cum tempore sue iuuentutis frigida et humida sit nature feruorque sanguinis et colere extinctiua ex quo frondescat humorem in calidum et siccum et amarum quod obest colericis et supercalescatis. Et quando apparet quod res penes mutationem temporum mutantur et alterantur. Quod satis



## Tract. iiii. prime partis

pulcre fuit figuratum **Exo. xvi. ca.** vbi legitur qd manna col-  
lectum tempore debito erat habens omne delectamentum et  
omnem saporem suauitatis. **Qu** autem colligebatur tpe non  
debito. s. die sabbati pputrebat. et vermibus scatebat. **Et** istud  
manna erat figura corporis christi. sicut dicitur in historia de  
corpore christi. vbi dicitur. **H**uius sacramenti figura precessit  
qm dominus pluit manna patribus in deserto. **S**i ergo illud  
manna non debebat colligi nisi in tempore debito. ita istud sa-  
cratissimum sacrificium non debet offerri nisi in tempore debi-  
to et statuto. **S**ciendum ergo qd missa debet celebrari de die  
et non de nocte nisi in festo natiuitatis domini. in qua missa ce-  
lebratur in media nocte. qd illa hora fuit natus christus. de hoc  
tamen magis dicitur infra. **A**ntiquitus etiam in vigilia resurrectionis  
dicebatur missa de nocte. **U**n in oratione missae ad hoc dicitur  
**D**eus qui hanc sacratissimam noctem re. **R**atio quare missa  
celebratur de die et non de nocte una est. qd in missa rememoratur  
passio christi que fuit facta de die et non de nocte. **A**lia ratio est  
qd per noctem figuratur status peccati. per diem status gra-  
tie vt dicitur glo. super istud verbum apoli ad **Ro. xiiij.** **A**biicia-  
mus opera tenebrarum. i. peccata. et induamur arma lucis. i. vir-  
tutes que sunt arma gratie. **A**d significandum ergo qd ille qui  
dicit missam debet esse in statu gratie et sine peccato. ideo di-  
citur missa de die et non de nocte. **Q**ua autem hora debet dici  
missa notandum qd tres sunt hore principales quibus debet di-  
ci missa. s. tertia. sexta. nona. **E**t magis in his tribus horis qm  
in alijs debet dici missa. **R**atio est. qd vt emm frequenter dicitur  
est missa dicitur in memoriam passionis christi. christus in istis  
tribus horis fuit crucifixus et passus. hora tertia fuit crucifixus ling-  
uis iudeorum et sententia **P**ylati. qd hora tertia clamabant iu-  
dei. crucifige eum. et in illa hora **P**ylatus adiudicauit satisfie-  
ri petitioni eorum. **H**ora sexta fuit eleuatus a cruce. **U**n dicitur **Ma-**  
**rci. xv.** **E**rat autem hora quasi sexta et crucifixerunt eum. **H**ora autem  
nona emisit spiritum. **U**n dicitur in **Matth. xxvij.** **E**t circa horam  
nonam exclamauit voce magna. et sequitur. et emisit spiritum. **E**t istud  
intelligo de missa que dicitur solemniter in ecclesia. qd missae pe-  
culiaries possunt dici a puncto aurore vsq ad sextam. et in diebo



## De eucharistia

ieiuniorum vsq; ad nonam. Post nonam autem non debz celebrari missa nisi forsan in diebus ieiuniorum z ratione ordinum. Incidentaliter aut norandū est q nō solū missa. verū etiam alie hore canonice dicunt in memoriā passionis christi. **D**aturine em̄ dicunt in memoriā q christus hora matutinali fuit captus z vinctus fuit duct⁹ ad Annam principē sacerdotū vbi fuit multipliciter delusus. Et debet dici matutine media nocte. iuxta verbū ps. cvij. **M**edia nocte surgebas ad p̄fitendū tibi. zc. **P**rima dicit in memoriā q christus illa hora in domo **C**ayphe ligatus ad columnā fuit durissime et grauissime flagellatus. ita q fm̄ qd̄ predixerat **I**saias p̄pha a planta pedis vsq; ad p̄ticē nō erat sanitas in eo. **T**ercia aut dicit in memoriā q illa hora christus fuit duct⁹ ad **P**ilatū. z crucifixus fuit linguis iudeoz clamantiū z dicentiū. **T**olle tolle crucifige eū. Et fuit illud impletū ps. xxi. **A**peruerūt super me os suū sicut leo rapiēs z rugiēs **S**exta dicit in memoriā q in illa hora christus expoliatus z illusus z a militib; fuit clauatus in cruce. z tūc fuit impletū illud ps. xxi. **F**oderūt manus meas z pedes meos. **N**ona dicit in memoriā q in illa hora christus felle z aceto potatus expirauit dicens. **P**ater in manus tuas p̄mendo spiritū meū. z fuit impletū illud ps. lxxvij. **D**ederūt in escā meā fel. z in siti mea potauerūt me aceto. **V**espere aut dicunt in memoriā q in illa hora christus fuit datus a **P**ilato nobili decurioni **J**oseph. z per eū fuit de cruce depositus. **C**ompletoriū dicit in memoriā q christus illa hora a matre sua tristissima z alijs sanctis mulieribus lamētatus z aromatib; p̄ditus fuit posit⁹ in sepulcro. Et sic bonū esset z congruū vt quelibet septē horaz diceret in hora determinata. **I**uxta illud ps. cxvij. **S**ep̄ies in die laudem dixi tibi. **V**ez qz p̄pter rei familiaris occupatiōez. vel p̄pter humanā fragilitatē nequit istud seruari. seruet tñ illud quod ordinatū est extra de cele. miss. ca. presbiter. vbi dicit sic **P**resbiter matutinali officio expleto. s. media nocte mane pensus sue seruitutis. vicz primā. terciā. sextā. nonā. vesp̄amq; p̄soluat. Ita tñ vt horis p̄petentib; iuxta possibilitatē aut a se aut a scolarijs publice p̄pleant. **D**einde pact⁹ horis vsitat⁹ insir

**Q**uestio  
Quare matutine dicit



## Tracta. iiii. prime partis

mis si voluerit exeat ad opus rurale ieiunus. **Et dicant omnes** iste hore per modum qui precipit extra co. ti. c. dolentes vbi precipit qd officiu diuinum tam diurnu qm nocturnu dicat studiose pariter z deuote. z qui scieter transgredit istu modu atqz mandatū sciat se mortaliter peccare vtpote qz est trasgressor precepti ecclesie. **Notandū aut q nullus** dicat missam quousqz dixerit matutinū. s; congruū esset z necariū qz p̄ia dicat ante missaz. **Alie etiā hore p̄ter vespas z pletoziū p̄it dicante missam.** **Notandū q sacerdos nō debz dicere seu facere officiu pro voluntate sua. sed de t̄pe vel de sc̄tis de quibus agit in illa terra.**

**Quotiens debet in die missa celebrari. Ca. vii.**  
**Ex quo dictū est q missa debet celebrari de die. restat dicere quotiens debet in die dici missa. Et est sciendū q sm qd dicit extra de cele. miss. ca. consuluisti: nullus debet dicere missaz nisi semel in die. Valde em̄ felix est qdigne celebrat vnā. Excipit dies natiuitatis domini qua die celebrant tres. ita q vnus sacerdos potest illa die celebrare tres missas. vt habet de con. di. i. ca. xvi. nocte sancta. Et rō quare dicunt illa die tres. **Una est p̄p̄t mysteriū. qm per istas tres representant tres status. s. an̄ legē. sub lege. z status gratie. Illa missa que cantat in media nocte representat statū qui fuit an̄ legē. qm totus mundus erat in tenebris. vñ in missa illa cantat illa prophetia. Isa. ix. Populus gentiū qui ambulabat in tenebris vidit lucē magnā. Secunda missa que cantat in auroza significat statū qui fuit sub lege. in quo statu inceperūt christū scire p̄p̄t dicta legis p̄phetaz. sed nō habebant perfectā noticiā de eo. Et ideo cantat in auroza. qm incipit apparere lux diei sed nō clare. vñ in illa missa cantat. Lux fulgebit. Tercia missa dicit in clara die. z significat statū gratie in quo sumus. Et dicit officiu. Puer natus est nobis. Alia cā est ad representandū tres natiuitates christi. Nam prima dicit ad representandū natiuitatē eternā qua nascit ex deo patre vñ dicit in introitu. Dñs dixit ad me filius meus es tu. Et dicit illa missa de nocte qm est tēpus obscurū ad designandum q illa natiuitas est nobis occulta. Secūda dicit ad represen****



## De eucharistia

raindum natiuitatem spiritualem qua nascitur christus in a/  
nimabus iustorum per gratiam. vñ cantat in illa missa. Lux  
fulgebit super nos. lux fulget. s. gratia dei. Tercia represen/  
tat natiuitatē temporale qua natus est ex **M**aria virgine pla/  
lute nostra. vñ cantat. Puer natus est nobis. Veruntā si cō/  
siderant euangelia que dicunt in missis istis. **P**rima missa rep/  
sentat natiuitatē tpalem qua christus natus est fm carnez ex  
**M**aria virgine. vñ illud euāgelij qđ legi in illa missa. s. Ex  
ijt edictū zc. totū loquit de ista natiuitate vt patz intueti. **S**e/  
cunda repñtat natiuitatē spirituale. tunc em legi illud euan/  
gelij. **P**astores loquebant qđ totū potest intelligi de ista spi/  
rituali natiuitate zc. Tercia repñtat natiuitatē eternā qua na/  
scit ex patre. vñ tunc dicit illud euāgelij. **I**n principio erat  
verbu. qđ totū loquitur de natiuitate filij dei. **N**otandum  
etiā qđ in die parasceue nō debet dici missa. **E**t rō est. qđ istud  
sacramentū est figura passionis christi. que tali die fuit facta  
z veniente veritate. s. passione pro illa die debet cessare figu/  
ra. **A**lij aut diebus non debet dicere sacerdos nisi vnā mis/  
sam nisi in casu necessitatis in quo potest celebrare duas tm.  
**E**rvnus casus est si aliquis morit z sacerdos celebravit missā  
de die potest dicere pro defunctis. s. de requiem. dum mō ad/  
huc sit ieiunus z non sit aliūs sacerdos qui celebret. **A**lius ca/  
sus est. si sit aliquis in periculo mortis. z petat corpus christi  
sibi dari. z sacerdos non habeat hostiaz consecratā potest ite/  
rum celebrare. dum mō vt predicti sit ieiunus. z nō sit ali⁹ qui  
sit etiam paratus celebrare. quod sp est intelligendū. **A**li⁹ ca/  
sus est propter necessitatem nuptiarum. qñ. s. tempus nupti/  
arum transit. **S**i dicta missa superueniant aliqui qui habeāt  
contrabere potest iterum sacerdos celebrare dum modo sit si/  
cut supra dixi. **A**lius casus est propter necessitatez peregrino/  
rum. qñ. s. superueniunt peregrini dicta missa. **E**t istū casum  
ponit **R**ay. in summa sua. **S**ed salua eius reuerentia istud vi/  
detur expresse contra ea. **R**eferente: extra. de. cele. miss. **C**a/  
sus em illius capituli est qđ archiepiscopus **S**epontinus in  
die cene domini de antiqua consuetudine tenetur consecrare  
cristina in ecclesia **S**epontina. z idem archiepiscopus eadem  
e ij



### **Tracta. iiii. prime partis**

die ascendit de mane de consuetudine ad gargamenam eccle-  
siam vt recipiat ibi peregrinos illius loci. z ibi a clero z po-  
pulo celebrare compellitur. **U**n̄ super hoc implorauit cōsili-  
um pape. **E**t papa respondit q̄ in ecclesia sep̄orina in qua te-  
net crisma p̄secrare t̄m̄modo debeat celebrare. **E**t quo mani-  
feste apparet q̄ rōne peregrinoz nō debet p̄stitutio de vnica  
missa in die celebranda trāsgredi. **U**n̄ saluo meliori iudicio  
maḡ approbo istā p̄suetudinē que seruatur in aliquibz ecclesijs  
gallicanis. q̄n̄. s. dicta missa veniūt aliqui peregrini ad aliquā  
ecclesiaz si nō sit ibi aliquis sacerdos parat⁹ celebrare. sacer-  
dos induit se sicut si debet dicere missas z dicit eis missas de  
beata p̄gine **M**aria. vel de sp̄s̄ctō. vel de trinitate v̄l de il-  
lo sc̄tō pro quo fit peregrinatio. nō t̄m̄ dicit canonē nec p̄secrat  
sed oñdit eis reliquias aliquas loco elevationis corpis chri-  
sti. **E**t ista missa vocat̄ missa sicca. **E**n̄ si alibi seruatur cōsuetu-  
do alia iuxta opinionē **R**aymundi nō p̄demno eā. **A**lius ca-  
sus est prop̄ necessitatē honestat⁹ v̄l vtilitat⁹. v̄l si dicta missa  
superueniat aliqua p̄sona magna que velit audire missas p̄t-  
sacerdos itez celebrare dūmodo sit vt supra dixi. **I**stū casum  
ponit glo. sup̄ ca. p̄sulisti. in ti. de cele. miss. **D**e ista necitatē  
nescio quid dicā. q̄ nō video tantā necitatē q̄ prop̄ hoc de-  
beat trāsgredi manifestū mandatū de vnica missa celebra-  
nda. p̄sertim cū magne persone nō multū tēporibz nostris ita  
afficiant̄ ad missas. z illi qui afficiunt̄ ducunt̄ secuz sacerdo-  
tes. **A**lius casus est prop̄ necitatē debiti. sicut q̄n̄ sunt due ec-  
clesie annexę z quelibz est curata. i. habet curā animaz. z ha-  
bent redditus ita tenues q̄ nō sufficerent duobus sacerdo-  
tibz. sed vnus solus sacerdos habet curā vtriusq̄. **I**n isto ca-  
su sacerdos potest in vna die in qualibet ecclesia celebrare in il-  
lis diebz in quibz tenet̄ populo suo ad dicendū missas. vel ad  
ministrandū sacramentū. vel officia alia que requirūt missas  
**E**t iste casus in multis locis p̄tingit z seruatur in partibz tholo-  
sanis. z etiā in certis partibz alamanie. **E**t credo q̄ in iure non  
inuenit̄ preceptū expressum de vnica missa tantū celebranda  
cū in omnibz capitulis in quibz fit mentio de ista materia po-  
nat̄ istud verbū sufficit. qd̄ verbū nō importat v̄n̄ coactiuaz



## De eucharistia

Consuetudo tamen ecclesie que preeminet cuiusque auctori-  
tati habet et tenet hoc et ideo nullus debet facere contra eam  
et si facit peccat et puniri debet. In quocumque autem casu qua-  
do sacerdos plures celebrat missas in prima sumere non debet  
nec vinum nec aquam post summptionem sanguinis. sed solum lauare  
os et cauere sibi ne aliquid deglutiat. quia sacramenta a ieiuno  
sunt recipienda. et in qualibet missa corpus et sanguinem christi  
recipiat. Et in ultima missa post summptionem sanguinis chri-  
sti recipiat ablutionem que communiter recipit et non in alijs. ut di-  
xi. habent ista extra de cele. miss. ca. ex parte. et de con. di. v. ut  
ieiuni. et vij. q. i. nihil.

De vestibus quibus sacerdos induit in missa. **Ca. viij.**

**O**mnino tempore vestimenta tua sint candida. verbum  
est sapientis. Quantum faciat debitus usus vestimento-  
rum ad debitam administrationem officij quod quisque exer-  
cet satis ostendit experientia medicorum. **C**onpertum est enim colli-  
rii quod est salubritatis dolorum oculorum mitigatum tritum ab apo-  
thecario induto veste qua die precedente indutus triuerat vi-  
ride eris immixtum oculis patientem cruciabat. Si ergo vestis  
indebita nocet in perfectione colliri. quanto magis nocet in per-  
fectione corporis christi. **U**n figuratiue fuit preceptum legislato-  
ri Moysi in **Exo. xxxviij.** Facies vestes sanctas Aaron in qui-  
bus sanctificatus ministrat tibi. **U**n sciendum quod omnes vestes  
quas induit sacerdos in missa debent esse sanctificate et benedi-  
cte ab episcopo. **N**otandum ergo quod illa vestis qua induit primo. scilicet il-  
la camisia parua vel suppellicium non est de essentia missae in sim-  
plici sacerdote. sed solum de bene esse. **E**t dico de simplici sacer-  
dote propter episcopos et canonicos regulares et capellanos domini pape  
quorum talis vestis est habitus honoris. **S**ciendum autem quod pro-  
tata illa veste seu camisia de qua dictum est vel loco eius pro-  
tata suppellicio septem sunt vestes quibus induit sacerdos in missa  
scilicet illa camisia vel loco eius suppellicium. amictum. alba. cingulum  
manipulus. stola. casula. **E**t iste septem vestes significant septem  
dona spiritus sancti. quibus debet esse sacerdos profusus. **U**n **Lu. xxiij.**  
**I**nduamini virtute. scilicet spiritus sancti ex alto. **V**el significant quod debet  
esse sacerdos contra septem peccata mortalia munitus et armatus. **U**n



## Tract. iiii. prime partis

apostolus ad **Eph. vi.** **I**nduite vos armatura dei vt possit stare aduersus insidias dyaboli. **U**el significans septem virtutes. s. tres theologicales z quatuor cardinales quibus debet esse adornatus sacerdos. vñ apl's ad **Ro. xiiij.** **I**nduamur arma lucis. glo. arma virtutum. qz nō est licitū indutum sacco. i. peccato. aulā regis. i. christi (qui est rex regū) intrare. vt dicit in li. **Hester. iij.** **U**el significant qz sacerdos debet esse septem operibus misericordie deditus. vñ apostolus. **I**nduamini dominū nostrū iesum christū. cuius sapiētie nō est numerus. vt dicit in ps. **U**el significant qz septē petitiones orōnis dominice exaudiunt in missa. **I**n signū cuius legit in li. **Hester. q.** **H**ester induta vestibus regis fuit exaudita ab **A**ssuero rege. **U**el significant qz sacerdos digne cū istis septē vestibus celebrās habebit septē dotes in paradiso. quatuor. s. ex parte corpis. z tres ex pte anime. **I**n cuius signū legit in **Gen. xxvij. q.** **J**acob induit vestibū **E**sau valde bonis habuit benedictionē patris. **U**el significat qz p̄ iesus toto tpe quo mundus durabit. qd̄ tēpus septē dieb; voluit erit nobiscū p̄ns in isto sacramento vsq; ad cōsummatōez seclī. **E**t ista p̄misit ip̄e qui nō mentit̄ dicēs. **E**cce ego vobiscū sum vsq; ad cōsummatōez seclī. **E**t vt specialius de vnaqua; veste dicat **S**ciēdū qz illa camisia v̄l suppellicū significat qz sacerdos debet habere mundiciā vite. **E**t etiā illa camisia de lino albo z mūdo. z p̄ hoc dicit sacerdos. **L**auabo inter innocentes manū meas z circūdabo altare tuū dñe. **A**mictū qd̄ ponit super caput fecit eleuatiōez mentis ad deū quā sacerdos debet habere p̄re alijs. manū qñ dicit missas. vñ dicit ip̄e. **S**ursum corda. i. corda sint eleuata sursus ad deū. **A**lba que est lōga fit p̄seuerantiā in bono quā debet habere sacerdos. qz qui p̄seuerauerit vsq; in finē hic saluus erit. **L**ingulum. i. zona quod p̄hibet vestes ne fluant per terrā fit timorē qui p̄hibet ne aīe fluant per pctm̄. qz dicit sapiens. **Q**ui timēt dñm p̄perabunt corda sua z in spectu illius sc̄tificabūt aīas suas. **M**anipulus fit fructū bonoz opm̄ quē boni sacerdotes reportabunt in paradiso. vñ de eis dicit ps̄. **cxxv.** **V**enientes autē venient cū exultatione portantes manipulos suos. **S**cola fecit



## De eucharistia

mortificationem carnis vnde ponitur ad modum crucis ad designandum q̄ sacerdos debet portare crucem penitentie i corde z i corpore suo. Et ita dicit ap̄ls. Mortificatōez ihu christi in corpore vestro circumferentes. Casula que cooperit omnes alias vestes z preeminet omnibz alijs sc̄ caritatem que preeminet omnibz virtutibz que operit multitudinem peccatorz. In caritate ergo radicati z fundati iuste viuam⁹. vt dicit apostolus. Multe alie adaptationes possent adduci. sed ille quo ad nunc sufficiant.

**Q**uibus debet dari sacramentū eucharistie Cap. ix.  
Quoniam non est bonum sumere panem filioz z mittere canibus ad manducandū. z margarite non sunt porcis dande. Cū in isto sacramento sacratissimo cōtinetur panis viuus qui de celo descendit. christus. sc̄. ver⁹ deus z verus homo. qui est nobilissima margarita. quam cū inuenerit homo abscondit z pre gaudio illius vadit z vendit vniuersa que habet z emit eam. Ideo istud sacramentum nō est dandum canibus vel porcis. i. peccatoribus crudelibus et immundis. Ad videndum ergo quibus debet dari istud sacramentum. videndū est primo de modo manducandi istud sacramentum. Sciendū ergo q̄ istud sacramentū potest sumi corporaliter tm̄. z spiritualiter tm̄. z sacramentaliter z corporaliter insimul. et corporaliter et sacramentaliter et spiritualiter insimul. Et sc̄m hoc istud sacramentū quatuor modis sumitur tm̄. Quidam em̄ sumunt istud sacramentum corporaliter tm̄. si cū aliquis infidelis qui non credit in isto sacramento esse veraciter corpus christi sumeret hostiā consecratam. sumeret hoc sacramentum corporaliter tm̄. q̄ constat q̄ non sumeret spiritualiter cū non reciperet fructum sacramenti. Nec etiā reciperet sacramentaliter. quia ille recipit sacramentaliter istud sacramentum qui credit veraciter in isto sacramento esse corpus christi. z iste vt dictū est nō credit. quare nō recipit istud sacramentū sacramentaliter s̄ solum corporaliter. Et idē dico de murex vel de cane vel de quacūqz alia bestia si pringat (q̄ absit) comedere hostiā consecratam. Quidam recipiunt istud sacramentum spiritualiter tantū. sicut fideles iusti z sancti cū



### Tract. iiii. prime partis

deuotione audiētes missam. vel habentes deuotionez ad au-  
diendam eam. qui non cōmunicent. sunt tñ participes fructū  
istius sacramenti. Et sic intelligit̄ verbum Augustini dicētis  
**C**rede et manducaſti. crede. s. fide formata. et māducaſti spūa-  
liter. Quidā comedūt siue sumūt istud sacramētū sacra-  
mentaliter et corpaliter simul. s. nō spūaliter. sicut falsi christiani q̄  
sumūt istud sacramētū in pctō mortali. tales em̄ corpalit̄ su-  
mūt. qz supponit̄ qz recipiūt species p̄secratas. et etiā sumunt  
sacramentaliter. qz ex quo sunt christiani credūt sub illis spe-  
cieb̄ corp̄ christi veraciter p̄tineri. et sic vtunt̄ sacramento vt  
est sacramētū. s. nō recipiūt spūaliter. qz nō p̄cipiunt fructū  
sacramenti. Quidā recipiūt istud sacramētū corpaliter sacra-  
mentaliter et spūaliter simul. sicut illi qui cū deuotione et fide  
existentes in caritate et gratia dei recipiūt istud sacramētū  
qz ex perceptiōe eius multa bona recipiūt. in p̄nti. s. gratias. et  
in futuro gloriā. ¶ **S**ecūdo videndū est que requirunt̄ ad de-  
bitā sumptionē huius sacramenti. Et notandū est qz tria req̄-  
runt̄. s. immunitas a peccato mortali. eleuatio mentis ad deū  
et mundicia corpalis. De primo dictum est supra in primo ca-  
et dicit̄ etiā aliquid in isto. De secūdo. s. de eleuatiōe mentis  
ad deū dicit sacerdos an̄ inceptionē canonis: **S**ursus corda  
quasi dicat qz volēs sumere istud sacramētū debet habere cor-  
suū eleuatū ad deū. De tercio. s. de mundicia corpalis vide-  
mus qz tractantes aliq̄ sacramētū manus suas lauāt. et ideo  
cū in isto sacramento tractet̄ ille qui est sanctus et cōf̄ requirit̄  
in sumente mundicia corporalis. ¶ **N**otandū tñ qz immuni-  
tas a peccato mortali de necessitate requirit̄ ad sumptionē debi-  
tam istius sacramenti. alia sūt duo requirunt̄ de magna p̄gru-  
itate. et ideo cū aliqua immundicia corpalis habeat aliq̄ se-  
cū annexā culpā mortālē et hebetudinē mentis. s. pollutio que  
accidit in somnis. Videndū est de ista pollutioe quō impe-  
dit sumptionē istius sacramenti. Sciendū est ergo qz pollu-  
tio que accidit in somnis nō est pctm̄ de se. s. potest esse effe-  
ctus pcti mortalis vel venialis vel nullius s̄m qz cā eius pōt  
esse vel pctm̄ mortale vel veniale vel nullū. **S**up hoc ergo sp̄  
recurrendū est ad cāz vñ prouenit̄ ista pollutio. **P**otest autēz



## **De eucharistia**

ista pollutio provenire. vel ex cogitatione preterita. vel ex ebrietate. vel ex crapula. vel ex temptatione diabolica. vel ex infirmitate. vel ex alleviatione nature. **P**rimis duobus modis non potest esse sine peccato mortali vel veniali. quia si cogitatio deliberata et cum sensu precesserit. vel ebrietas vel crapula fuit deliberata et consuetudinaria peccatum est mortale. **E**t ideo talis pollutio impedit necessario sumptionem istius sacramenti. **S**i autem cogitatio non fuit cum sensu deliberato vel ebrietas non fuit deliberata vel consuetudinaria est peccatum veniale et ideo talis pollutio non impedit de necessitate sumptionem istius sacramenti. sed tamen de consuetudine impedit. et potissimum si fuerit in turpi ymaginatioe propter quam (ut communiter dicitur) deprimitur mens. **S**ed si sit aliquid quod preponderet sicut reverentia festivitatis. vel timeatur de scandalo non debet dimitti propter hoc preceptio corporis christi. **S**i autem proveniat ex illusione diabolica non credo quod debeat dimitti. maxime si eveniat tempore magne festivitatis vel generalis communionis. **S**i autem eveniat ex infirmitate nature vel alleviatione nature si dimittatur propter reverentiam laudabile est. nisi sit aliquid quod reformet peccatum. ut dictum est supra. **E**t illud decretum quod dicit quod homo pro tali pollutione debet abstinere. xxxij. horis intelligendum est cum distinctione supradicta. **U**iso ergo quod tot modis sumitur istud sacramentum. et que requiruntur ad debitam huius sacramenti sumptionem videndum est nunc qui debet sumere istud sacramentum. vnde sciendum quod istud sacramentum debet sumi a ieiunio. ut habetur viij. q. i. in libro de consuetudinibus. di. v. ut ieiunium. **N**otandum vero quod duplex est ieiunium. quoddam est ieiunium nature. quoddam est ieiunium ecclesie. **I**eiunium nature soluitur per sumptionem cuiuscumque cibi vel potus vel etiam medicine. **I**eiunium ecclesie soluitur per sumptionem cuiuscumque cibi sumpti in modum cibi vna sumptione excepta. **Q**ui ergo dicitur sacramentum eucharistie debet sumi a ieiunio intelligitur de ieiunio nature. quia prius debet intrare in os christiani ille sanctissimus cibo quod quicumque alius cibi. ita quod ille qui sumit istum cibum sacrosanctum nihil aliud sumserit illa die per modum cibi vel potus vel medicine. **T**eruntium quod necessitas non habet legem. et infirmis non est imponenda lex. ideo infirmi et illi qui sunt in necessitate positi et sumpti non sunt obligati ad hoc. immo in quocumque hora siue de die



## **Tracta. iiii. prime partis**

sine de nocte. siue post prandium siue ante possunt qñ eis fuerit necesse istud sacramentū sumere. **S**ed quid si aliquis sacerdos vel alius qui debet cōicac relanet de mane sibi os. et forte trāsglutit aliquid de aqua. nūquid impedit a sumptōe istius sacramēti. **D**ico q̄ añ sumptōez istius sacramēti decēs est q̄ quilibz corporaliter et spūaliter mūdet se q̄stū potest. et iō lauare os añ sumptōez istius sacramēti laudo et approbo. ita tñ q̄ caueat ne aliqd̄ de aqua trāsglutiat sciens. **H**erūtñ si aliqd̄ trāsglutiat nō in magna et notabili q̄stitate cū salina et p̄ modū saline nō credo q̄ impediāt sumptōez istius sacramēti. **S**ed pono q̄ aliqs̄ de nocte p̄medat anisū vel feniculū vel aliqd̄ aliud sumpserit. et aliqd̄ de reliquijs remāserit inter dentes. et cū abluit os trāsglutit aliqd̄ de hoc qd̄ remāsit inter dentes. nūqd̄ impedit a sumptōe istius sacramēti. **D**ico q̄ nō ex q̄ sciens nō facit s̄z trāsglutit p̄ modū saline. **I**stud etiā sacramētū nō debz sumi nisi ab illo qui habz vsuz rōnis. vñ nō debz dari pueris añ q̄z pueniāt ad annos discretiōis. sic habet in ca. **D**is vtriusq̄ sexus. extra de pe. et re. q̄ añ istud tēpus nesciūt discernere inter cibū spūritualē et cibū corporalē. et sic nō adhiberēt debitā reuerentiā tanto sacramēto. **E**adē etiā ratione istud sacramētū nō est dandū amentibz siue furiosis. **D**istinguēdū est tñ de istis. q̄ aut tales fuerūt furiosi a natiuitate. ita q̄ nunq̄z habuerūt vsuz rōnis. et credo q̄ talibz istud sacramētū nō debz dari. q̄ istud sacramētū requirit act ualē deuotiōez in suscipiēte. et tales nō possunt habere eā. **A**ut tales aliquoties habuerūt vsuz rōnis s̄z amiserūt ip̄m prop̄ aliquā cāz. et habēt aliqua lucida interualla. tpe q̄ hñt talia lucida interualla si petāt cū deuotiōe istud sacramētū et velint recipe reuerent̄ d̄z eis dari. ita tñ q̄ tpe furie nullo mō det̄ eis pp̄ cāz iā dictā. **F**reneticis etiā nō d̄z dari istud sacramētū. max̄e si timeatur de irreuerētia ad sacramētū. sic de spūitōe vel aliquo alio tali. **L**oquor q̄q̄ de freneticis in quibz ligatus est omnino vsuz rōnis. **D**emōniac̄ aut si cū reuerētia et deuotiōe peterēt. credo q̄ deberz dari. dū tñ tales habeāt vsuz rōnis et actualē deuotiōem ad sacramētū. **E**t credo q̄ tātā deuotiōez possent habere ad sacramētū q̄ p̄tute sacramēti istius a demonio liberarent. **L**e



## De eucharistia

prosis etiam non debet dari istud sacramentum. quod intelli-  
go de leprosis sic infectis q̄ nō possent corpus dominicū re-  
cipere et tractare in ore suo quin reijcerēt ip̄m. sic sunt multi d̄b̄  
cecidērūt labia et dentes. et sunt toti corrosi vsq; ad guttur. **S**i  
aut scribit̄ de quodā monacho asterceiē. in vita sc̄i Lodou-  
ci quondā reḡ francie. cui q̄n ponebat sibi bolus in ore cade-  
bat sibi ille bolus. Et tali sic leproso nō debz dan corpus chri-  
sti. Alijs aut leprosis bñ potest dari. Sacerdos aut leproso  
nō debz in p̄na ppli celebrare. s; si ad p̄tē in secreto vellet ce-  
lebrare possz. Et ita intelligo illa capla extra de de. egroto. d̄  
rectoribz et tua nos. Hugo etiā dicit q̄ sacerdos leprosus pos-  
set celebrare et alijs leprosis p̄ntibz damnat̄ ad mortē pro crimi-  
nibz suis. q̄b̄ nisi de gr̄a speciali n̄ dat̄ corp̄ christi. sic illis q̄  
suspendunt̄ vel submergunt̄ vel p̄burunt̄ vel quolibz interfi-  
ciūt. Illis aut̄ q̄ p̄ crimie heresis p̄burūt si cū deuotiōe hūili-  
tate et reuerentia petāt debz dari corp̄ christi. sicut habet̄ ex-  
tra de hereticis. c. sup eo. li. vi. **S**z nunq̄d existenti in pctō  
mortalī dandū est corp̄ christi. Dicendū q̄ pctm̄ aut est no-  
corū aut occultū. Si est notoriū. puta si est notoriū vsurariū  
vel notoriū p̄cubinarū vel quolibz aliter notoriū spectōr̄ ni-  
si desistat ac s̄m̄ statuta ecclie p̄digne peniteat. nō est danduz  
sibi corpus christi q̄stuncūq; petat. immo est sibi dicendum  
Amice nō est bonū sumere panē filioz et mittere canibz. Si  
aut̄ est pctm̄ occultū. aut iste corpus christi tpe quo tenet̄ cōi-  
care petit. p̄nto tpe generalis p̄munionis. vel qz est infirmus  
et sic de alijs casibz in quibz tenet̄ quilibz p̄municare. aut petit  
alio tpe. si petat alio tpe q̄stuncūq; petat in publico nō tenet̄  
sacerdos ipsum dare sibi. sed dicere sibi. Amice nō est temp̄  
modo p̄municandi. et iō nō debeo tibi dare corp̄ christi mō  
sed expecta tempus statutū. Si aut̄ petat tpe quo tenet̄ p̄mu-  
nicare tunc aut iste petit corpus christi in publico aut in secre-  
to. si petat in secreto nō est sibi danduz. immo est monendus  
ne petat in p̄nibulo. Sed si talis sit pertinax in malicia sua et  
petat in publico sibi dari corpus christi sacerdos debz ipsuz  
sibi dare. quia non debet eum prodere. nec aliquis debet p̄ua-  
riūre suo quousq; sit declaratum ip̄m amisisse ius illud. Et  
f ij



## Tracta. iiii. prime partis

ideo cum quilibet parrochianus habeat ius petendi corpus christi a suo curato. & curatus sit obligatus ad dandum isto tē pore corpus christi parrochianis suis & nullus fidelis pueſt isto iure nisi per pctm mortale ꝓmissum publice. Et iō q̄stū cūq; sciat sacerdos subditū suū esse in pctō mortali nisi peccatū sit notoriū nō debz sibi denegari corpus christi. si tpe statuto & in publico petat ipm sibi dari. Et ita legit fecisse. b. Bern. qui cū quodā die ꝓmunicar; monachos suos qdā quē brūs Bern. sciebat esse in pctō mortali inter alios accessit ad eū. & brūs Bern. dedit sibi corpus christi dicēs submissa voce. in dicit dñs inter me & te quasi vellet dicere. dñs scit q; tu indigne accedis & nō possum tibi negare. & ideo ipē indicer inter me & te. & statim ille miser accepto corpe christi cecidit mortu⁹ in terrā: Et iō quilibz caueat sibi ne indigne accedat. nō em̄ noceret sacerdoti s; sibi ip̄i. Et sacerdotes bñ facerēt si istud exēplū & similia suis subditis frequenter nunciarēt. ¶ Sz̄ num; quid suspect⁹ in crimie debz dari istud sacramentū si requirāt. Dico q; triplex est suspitio. qz quedā est violēta. quedā pbabilis. quedā leuis. Suspitio violēta est ꝓtra quā nō admittit ꝓbatio sic̄ si aliquis inuenit cū aliqua muliere corrupta in lectō solus cū sola. nud⁹ cū nuda. loco & tpe ad hoc apt⁹. nec etate nec parentela. nec aliquo alio obstantib; ess; violēta suspitio vel ꝓsumptio q; cognouiss; eā. ita q; nō admitteret ꝓbatio in ꝓtrariū. Probabilis suspitio est illa que orit̄ ex aliquib; sig; nis & ꝓiectur; pbabilib;. Sic̄ si aliquis inueniret frequēt cū aliqua loquēs in loco suspecto. ess; pbabilis suspitio q; aliqd malū agerēt. Leuis suspitio est que orit̄ ex fatua & inordina; ta suspitione alicui⁹. Et ista dicit̄ leuis. i. fatua suspitio Si; cut si viderē aliquē bonū virū & aliquā bonā iuuentulā saluantes se vel sibi arridentes nō in loco nec tpe suspect⁹ fatuū ess; me ꝓsumere q; male agerēt. Et de tali dic̄ Salo. Qui cito credit leuis est corde. Dñ ergo querit̄ vtrū suspectis de aliquo crimine debeat corpus christi dari. Dico q; si de aliq; habeat̄ suspitio violēta de aliquo crimie notorio q; illi debz denegari corꝓ christi. ꝓbi grana. de aliquo habeat̄ suspitio violēta q; sit notorie hereticus vel vsurari⁹ vel ꝓcubinari⁹. &



## De eucharistia

fic de alijs. **D**ico q̄ anteq̄ def̄ sibi corpus christi debz se purgare de buiusmodi crimine. extra de pur. ca. ij. **S**i aut̄ habeatur de eo solū suspitio probabilis nō debet sibi denegari corpus christi quousq̄ esset probatū p̄tra eū. licet notorie habeat talis suspitio p̄tra eū tñ essz monend⁹ q̄ purgaret se anq̄ accederet ad p̄municandū. z si p̄sentiret bñ faceret. **S**i aut̄ p̄seuerant̄ instaret z negaret crimē de quo probabiliter presumeret p̄tra eū: nō credo q̄ an̄ p̄bationē esset p̄uandus iure qd̄ habet in petendo z accipiendo corpus christi. p̄sertim cū res sua agat. z si indigne accipiat noceat ei z nō aliq̄. **T**ñ credo q̄ sacerdos ad terrorem potest sibi dicere z debz aliq̄ p̄ba cōminatoria dicendo. si digne accepis proficiat tibi ad salutes corporis z aie. si indigne iudicet dñs inter te z me. **S**i aut̄ p̄sumptio leuis habeat p̄tra aliquē de quocūq̄ crimine p̄p̄tales suspitioes cū s. t. leuis z fatua. in nullo debet agi p̄ eū in speciali. **I**n generali tñ essz bonū q̄ sacerdos diceret aliqua p̄ba cōminatoria on̄dendo q̄ nullus debz presumi esse malus nisi constet pro certo. in ca. de presump. qz mlti mltā loquūt. **E**t q̄ q̄libz debz se purgare quo ad deū z q̄ ad pplm̄ anq̄ accedat ad istud sacramētū. **S**z nūquid excoīcat⁹ debz dari istud sacramētū. **D**ico q̄ nō. q̄z du em̄ sunt excoīcati diuisi sunt a p̄ceptōe sacramētoꝝ z a cōione fidelū. **S**z qd̄ si aliq̄s excoīcat⁹ sit in piculo mort⁹ z petat sibi dari corpus christi. qd̄ debet fieri. **D**ico q̄ aut̄ iste sit excoīcat⁹ a canone siue a iure aut a iudice. **S**i est excoīcat⁹ a canone siue a iure sacerdos debz eū absoluerē si ip̄e petat humiliter absolutioē. qz in piculo mort⁹ simplex sacerdos potest eū absoluerē a quacūq̄ siua excoīcationis lata a canone. **E**t iā si absolutio essz sedi aplice seruata: vt habet̄ in ca. pastoralis. de offi. ordi. **T**ñ in quocūq̄ casu absoluat̄ debz absolui s̄b hac forma. q̄ si dñs sibi det z prester̄ vitā statim q̄ cito p̄erit vadat ad illū qui potest eū absoluerē mandatū illius super illis pro quibus excoīcatus fuerit humiliter suscepturus. **S**i nō facit statim relabit̄ in cādem excoīcationis sentētiā ip̄o iure. vt habet̄ extra de sen. ex. ca. eos qui. li. vi. **S**i aut̄ est excoīcatus a iudice. aut̄ est excoīcat⁹ pro p̄sumacia tñ. aut̄ pro aliquo delicto siue debito. aut



## Tracta. iiii. prime partis

pro aliquo alio. tali casu et quomodo cunq; sit debet absolui si petat humiliter absolutionem. Ita tñ q; p̄mo det pignora v̄ cautionē ydoneam q; parebit. i. obediet mandatis ecclesie et satisfacciet passis iniuriam. Et si nequit dare pignora vel cautionē iuret q; satisfacciet q̄ cito poterit. **S**ed quid si aliquis existens in peccato mortali vel excoicatus existens in periculo mortis mittat pro sacerdote vt p̄fessionē eius audiat et eū absoluat. et det sibi corpus christi et añq; sacerdos accedat ad eū amittat loquelam. nunquid debz sibi dari corpus christi. **D**ico q; si intelligat aliquid monendū est. si nō potest loqui q; ostendat aliqua signa p̄tritionis. sic q; iunctas manus eleuet ad deū. et p̄cutiat pectus suū. et p̄ aliqua alia signa oñdat se petere absolutionē a pctis et sn̄a excoicationis. et parētes eius et amici debēt loco eius et vice p̄mittere et fideiubere v̄ pignora dare si possint q; si dñs p̄stet sibi vitā p̄ntabit se p̄spectu ei⁹ q; eū absolueret potest mandatū illius sup hoc humiliter recepturus. et sic debz eū absolueret et cōicere. **S**i autē nihil intelligat si p̄stet et p̄bari possit q; signa p̄tritionis et p̄nie p̄cesserint d̄ absolui et cōicari. recept⁹ tñ p̄ius cautionibz vel pignozibz iuramēta a parētibz et amic⁹ p̄ moduz qui dictus est supra.

**N**otandū autē q; sacerdos qñ cōicet pplin suū debz eū mone re de aliquibz. **P**̄mo q; nō accedat ad istud sacramentū eū cōsciētia alicuius pcti mortalis. **S**ecōdo q; omittat odiū et rancorē cuiusq;. **T**ercio q; nullus excoicatus accedat nec nisi ieiunus nisi in causa necessitat⁹. **Q**uarto q; añ cōionē et post abstineant se ab vxozibz suis ad min⁹ p̄ tres dies. de cō. di. ij. **D**is homo. xxij. q. iij. sciat⁹. **Q**uinto q; post sumptionē corporis christi nō spuatur in loco immūdo. vel in locū vbi possz spurū calcarī pedibz hoc añ p̄mestionē post receptionē corporis christi fiendam. **S**exto q; sibi q̄stū potuerint abstineant a vomitu et a nausea. **N**otandū etiā q; post sumptionē corporis christi d̄ sumi de vino aliq̄tulū ne aliquid de isto sacramento in ore remaneat et spuendo emutatur. **U**nde in aliquibus ecclesijs est laudabilis consuetudo q; in die pasce post p̄munionem sumitur de vino et pane.

**V**eritu quo debet dici missa.

Laplin. r.



## De eucharistia

**O**mnia honeste et secundum ordinem fiant in vobis. Verba sunt apostoli informantis et instruuntis nos quomodo ordinare et honeste omnia opera nostra maxime illa quae ad cultum dei pertinent faciamus. inter quae principaliter est missa. Si ergo in alijs nostris operibus honeste et ordinate debemus nos habere. multo magis in missa dicenda. Dicendum est ergo nunc de ritu missae. id est de modo quo debet dici missa. Sciendum est quod sacerdos armis spiritualibus armatur. id est sacris vestibus (de quibus supra dictum est) induitur debet accedere ad altare. Et quod dicit Salomon. Iustus in principio sermonis accusator et sui. prius sacerdos debet accusare seipsum in confessione. faciendo. scilicet confessionem generalem. que valde ad remissionem peccatorum venialium et etiam mortalium obliuiscitur. Sed de mortalibus de quibus recordari debet antequam induat se vel ipse accedat ad altare sacramentaliter profiteri. et facta confessione procedat ad missam. Nota dum autem quare istud sacramentum vocatur missa. secundum Augustinum. dicitur missa. quod dicitur istud sacramentum perficitur mittitur celestis missus. Et secundum quod exponit Innocentius. Iste celestis missus est magni principis angelus. et mittitur iste ad consecrandum. Unde iste sacerdos inuisibilis qui principaliter consecrat et perficit hoc sacramentum ubiqueque perficitur ipse est sacerdos et sacrificium. ut dicit idem Augustinus. Alia ratione assignat Hugo dicens. quod ipsa hostia potest vocari missa. quia transmissa est prius a patre ut esset nobiscum. postea a nobis patri ut pro nobis intercedat. Sciendum autem quod missa in tribus linguis celebratur. scilicet hebraica. greca. et latina. Nam Alleluia. Amen. Hosanna Sabaoth sumuntur de hebraica. kyrieleyson. Christe Ieson sumuntur de greca. Reliqua omnia sumuntur de latina. Dicitur autem missa in istis tribus linguis. quod titulus christi in cruce pendens scriptus fuit hebraice. grece. et latine. Diuiditur ergo missa in quatuor partes. scilicet in obsecrationes. orationes. postulationes. et gratiarum actiones. Prima pars pertinet ad populi instructiones. secunda ad materiam obsecrationem. tertia ad materiam obsecrationis assumptionem. quarta ad gratiarum actionem. Prima pars proceditur a principio usque ad offertorium. Secunda pars ab offertorio usque ad finem orationis dominice. id est usque ad finem de pater noster. Tercia pars usque ad communionem. Quarta pars procedit usque ad finem. Prima pars continet decem partes. Nam primo dicitur in



## Tracta. iiii. prime partis

troitus. et dicitur introitus quia tunc sacerdos ministratur de  
bis ad altare intrare. Et est sciendum quod antiquo loco introitus dice-  
batur torus in psalmo. et cantabatur a clero: circa gradus altaris. et ideo  
vocatur graduale. **S**ed beatus Hieronymus qui ex mandato domini. Dama-  
si pape ecclesiasticum officium per maiorem partem instituit preter cantus  
ordinavit diversos introitus secundum diversitatem dierum et festorum. et  
de illo psalmo qui antiquo dicebatur et cantabatur loco introi-  
tus. accipit unum versum. Et est sciendum quod in singulis simpli-  
cibus diebus introitus bis cantatur. ad designandum quod in christo sunt  
due nature. scilicet humana et divina. In solennibus dicitur ter ad de-  
signandum tria tempora. scilicet tempus quod fuit ante legem. tempus sub lege. et  
tempus gratie. **U**n de duobus primis vicibus dicitur submissa voce.  
quia in primis duobus temporibus non aperte nec clare loquebatur ho-  
mines de christo. tertia autem vice dicitur alte. quia in tercio tempore in  
oem terram exiit sonus eorum. scilicet apostolorum et evangelistarum. Post in-  
troitum sequitur kyrieleyson christeleyson. kyrieleyson id est quod  
domine miserere. christeleyson pro id est quod christe miserere. Et  
dicitur ter propter patrem et filium et spiritum sanctum. Et dicitur nonies propter  
novos ordines angelorum quibus virtute misse associari petimus.  
In diebus solennibus post kyrieleyson cantatur hymnus angeli-  
cus. scilicet Gloria in excelsis deo. quem hymnum angeli in nativita-  
te christi decantaverunt. usque ibi bone voluntatis. Reliqua om-  
nia. scilicet laudamus te etc. beatus Hilarius episcopus pictaviensis appo-  
suit. et ad missam cantari instituit. Et debet cantari iste hym-  
nus in festis apostolorum. martirum et confessorum. in quorum honore  
dedicata est ecclesia. Et in festivitatibus Marie. Sed quando in  
diebus profestis cantatur missa de beata virgine Maria vel de  
spiritu sancto. vel de quocumque alio sancto. non debet in ea hym-  
nus angelicus vel symbolum decantari. licet in missa propria  
decantetur prelatio. Et ratio est. ut dicitur extra de ecclesia. mis-  
salem. ut inter commemorationem et solennitatem differentia osten-  
dat. In sabbato autem quando cantatur de beata virgine Maria cre-  
do quod debet dici gloria in excelsis deo. quia illa dies est specialiter  
dedicata beate Marie virgini propter multa que non oportet  
dicere. Dicto hymno angelico sacerdos conversus ad populum  
salutat illum dicendo. dominus vobiscum. que salutatio fuit sum.



## De eucharistia

pta de veteri testamento. s. de libro Ruth. qñ dicit Booz mel  
foribus suis. dominus vobiscum. ¶ Sciendum aut q ep̄s  
loco dominus vobiscū dicit. Pax vobis. Et ratio est: qz ep̄s  
representat personā christi. qui qñ salutabat discipulos suos  
dicebat. pax vobis. ¶ Et est sciendū q q̄uis in ecclesia non  
sit nisi vnus. semper tñ debz dicere sacerdos. dñs vobiscū. qz  
loquit toti ecclesie. Et ei respondet. z cū spiritu tuo. Quere /  
sp̄sio fuit sumpta ab ap̄lo in eplā. ij. ad Thimo. iij. Post sa  
lutationem z responsionem subiungit sacerdos Premus. lo  
quens quasi syndicus in persona totius populi. Et dicto ore  
mus dicit orationē. Et ista oratio dicit collecta. qz olim ep̄s  
sue sacerdos omni pplō collecto dicebat eā sup pplm. Quia  
vero temporibz nostris nos nō possumus ita pplm colligere  
dicimus orationē que antiquo z generali vocabulo retēro vo  
cat collecta. Et sciendum q iste orationes debent dici s̄ cer  
to numero. ita q dicat vna vel tres vel quinqz vel septē. Quā  
dicat vna fecit vnitatē essentie que in tribz psonis est. Quā di  
cunt tres fecit trinitatē psonaz. Nam prima fecit psonā patris.  
scda psonā filij. tertia fecit psonā sp̄scti. Vel dicunt tres. qz  
christus in sua passione cuius istud sacramentū est memoria  
leter legit orasse. Primo qñ orauit vt transiret ab eo hora sue  
passionis. Secdo qñ dixit. Pater ignosce illis qz nesciūt quid  
faciūt. Tercio qñ dixit. In manus tuas commendo sp̄m meum  
Quā dicunt quinqz fecit memoriā quinqz vulnerū christi Quā  
dicunt septē fecit q sacerdos si digne dicat missam exaudif  
pro omnibz septē petitionibz que in oratione dominica p̄tinē  
tur. Vel ad designandū q petit septē dona sp̄scti sibi z ali  
is pro quibz dicit missam virtute misse infundi. Et vt dic ma  
gister Iohes beletb nō debēt dici vltra septē. Et est sciendus  
q qñ dicat missa pro viuīs nō debet dici aliqua collecta pro  
defunctis. z etiā qñ dicat missa pro defunctis nō debet dici ora  
tio pro viuīs. nisi illa cōis. Op̄s sempiternē deus. qui viuoz  
z mortuoz zc. Si aut in missa pro viuīs aliquo casu dicat col  
lecta pro mortuis nō debet vltima dici s̄ penultima. qz finis  
debz r̄ndere principio. Et dicit collectis respōdet amē ad p̄fir  
mationē. Collectis finis dicit eplā. z dicit ad populi informa



## Tract. iiii. prime partis

tionem. Et dicitur epistola ab epy quod est supra. et stolon quod est missio. quasi supra missa. quia epistole fuerunt supra missa euangelio. Et nota quod nullus debet dicere eplaz nisi fuerit subdiaconus. **U**n melius est quod sacerdos dicat ea quam puer qui uiuat cum ad missam. Post eplaz dicitur rnsorium. quod sic nominatur. quia pro suo vel eple rindere debet. **U**ersus pro dicitur a vertendo. quia illi qui dicitur ipse debet se ptere ad orientem. Postea dicitur alla. cum pro suo. quod est canticum leticie. **U**n tpe ieiuniorum. quod est tempus luctus non debet dici alla. nec eadem ratione in missa pro mortuis. **I**n magnis solemnitatibus dicitur post **A**lla Sequentia. id est. prosa que etiam est canticum leticie. Et sic cantant ista duo leticiaz glorie paradisi. ad quam uirtute missa deuenire speramus. Post hoc immediate legitur euangelium et in principio ille qui legit illud salutat populum ut reddat eum attentum ad audiendum euangelium. **D**icitur autem euangelium ab eu quod est bonum. et angelus quod est nuntius quasi bonus nuntius. quia in euangelium onciatur Christus qui est magnus spiritus angelus. **U**el quia in eo nuntiantur omnia que pertinent ad salutem nostram. **E**t nota quod quoniam euangelium sumitur de principio debet dici initium sancti euangelii. sic in euangelio **M**ath. **L**iber generacionis. et in euangelio **L**uc. **F**uit in diebus Herodis regis. et in euangelio **J**oh. **I**n principio erat uerbum. **C**um autem euangelium non sumitur de principio debet dici sequentia sancti euangelii. et essentus. **P**roba sequentia sunt proba sancti euangelii. **N**otandum est quod dicto titulo euangelii debet runderi. gloria tibi domine. quia in euangelio agit de gloria dei et nostra qualiter. scilicet. christus uicit dyabolum et nos redemit. et uictor ad gloriam patris ascendit. **E**t ideo auditores euangelii letantes ad laudem sui saluatoris sue redemptoris exclamant dicentes. gloria tibi domine. quasi dicant. **O** domine gloria tua que in euangelio predicatur nobiscum sine fine permaneat et semper crescat. **N**otandum etiam quod quoniam legitur euangelium duo cerei debent accendi. in signum quod dominus misit discipulos suos binos et binos ante faciem suam predicare euangelium illud. **E**rgo notandum est quod quando inchoatur euangelium tam clericus quam populus. tam proferens quam audiens debent se munire signo crucis in fronte in ore et in pectore. **I**n fronte quia frons est locus uerecundie. **U**n homines inuerecundos effrontes. id est. sine fronte dicimus. **P**er hoc ergo quod frons signum



## De eucharistia

crucis imponimus significamus q̄ non erubescamus crede  
re in christū crucifixū. et cū vez. deū et hoīez p̄fiteri. In hoc autē  
q̄ os et pectus signamus oīdimus nos audacter et simplr cō  
fiteri ore. et fideliter et firmiter credere corde christū crucifixū  
cuius liber legit deū et dñm n̄m esse. Sacerdos itaq; v̄l dy  
aconus euāgelii lectur⁹ se signat in frōte in ore et in pectore q̄  
si dicat nō erubescō euāgelii ip̄m ore predico et corde credo.  
Librū etiā signat ac si dicat. hic est liber crucifixi. Dū autē euā  
gelii legit cuncti deponūt velamina capitū. p̄pter duo. Pri  
mo ad ostendendū q̄ euangelica doctrina oīa velamina legē  
antique remouit. Secō ad ostendendū q̄ oēs quinq; sensus de  
bent esse apti ad audiendū euāgelii. Et sciendū q̄ ille qui di  
cit euāgelii debz habere faciē ad aquilonē. in signū q̄ in vir  
tute scī euāgelij debemus nos munire p̄tra insidias diabo  
li que veniūt ab aquilone. Et em̄ dicit Hieremias. Ab aq  
lone pandet omne malū. In isto euāgelio quilibz debz se mu  
nire crucis signaculo p̄tra diaboli ne rapiat euāgelii sive  
sermonem euāgelij de ore seu de corde eius. Post euāgeli  
um immediate sequit̄ symbolū. s. Credo in vnū deū q̄s non  
debz dici nisi in dieb; solennib;. nō t̄m in oib;. s; solū in illis de  
quib; mentio fit in symbolo. Vñ debz dici in oib; dieb; dñicis  
et in festo sc̄te trinitatis. in natiuitate dñi. in circūsiōe dñi. in  
epiphania. in festo pasce. in ascensione. in festo penth. in festo  
omniū sc̄toꝝ. in transfiguratione dñi. in festis beate Marie  
virginis. in festis omniū ap̄loꝝ et sancte crucis. In alijs autē  
festiuitatib; nō debet dici. Dicto symbolo sequit̄ offertorius  
quod dicit̄ ab offerendo. qz tūc offerimus ea que sunt neces  
saria ad missā. s. panē vinū et aquā. et sacerdos offert ista duo  
dicens. Suscipe sancta trinitas etc. Et facit signū crucis su  
per panem et vinū ad hoc vt deus ea sanctificet. Et nota q̄ sa  
cerdos benedicit aquam et nō vinū. quia aqua significat po  
pulum qui indiget benedictione dei. vinum autē fr̄ christum  
qui est sup̄ omnia benedictus. Et in hoc terminatur p̄ma ps  
misse que est ad ppli instructōez et preparōez ad tantū sacramē  
tū. Sequit̄ sc̄da ps que est de materia p̄secratis. Et ista hz  
quorū pres. P̄ria ps d̄ secreta: sc̄da ps prefatio. tertia ps ca



## Tract. iiii. prime partis

non. quarta dominica oratio. **R**ecepta oblatione sacerdos lauat sibi manus et rediens ad altare inclinat se profunde dicens. **I**n spiritu humilitatis. ad denotandum quod per mundiciam et innocentiam vite et humilitatem et contritionem cordis efficit quis dignus minister huius sacramenti et erigens se vertit ad populum dicens. **O**rate pro me fratres etc. **E**t ideo illi qui audiunt debent orare pro eo dicendo illum psalmum. **E**xaudi te dominus in die tribulationis etc. vel dicendo. **D**ominus sit in corde tuo et in ore tuo ut suscipiat sacrificium de ore tuo de manibus tuis pro tua et nostrorum omnium salute. **E**t laici se debent inclinare similiter et dicere illud quod sciunt. **T**unc sacerdos dicit sub silentio secretas. **E**t est sciendum quod totidem secreta et in eodem ordine de eisdem debent dici quot collecte precesserunt ante in exordio missae ante epistolam nec plures nec pauciores. **E**t dicitur secreta. quia secreta pronuntiantur cum tamen olim alta voce dicerentur unde ab omnibus laicis sciebatur. **S**ecundum autem quod narrat magister **J**ohannes beletus in summa sua protulit semel in quadam die quod quidam pastores super quendam lapidem ponerent panem et dicerent secreta et alia verba canentium super panem. qui ad verborum eorum prolationem in carnem perversus. in quibus divinitus facta fuit acerrima vindicta. **N**am omnes ictu fulminis mortui sunt. **E**t ideo statutum fuit. ut de cetero iste secreta sub silentio dicerentur. ita quod nesciantur a laicis. **S**ecunda ratio est ne vilescat sicut sacra scriptura obscure tradita est ne vilescat. **P**ostea sacerdos dicit alta voce. **P**er omnia secula seculorum. **E**t responso: amen sacerdos non vertens se ad populum salutatur ipsum dicendo. **D**ominus vobiscum. **D**e qua salutatione et eius responsione dictum est supra. **E**t quia in illo sacramento requiritur magna elevatio mentis ad deum. ideo dicit sacerdos. **S**ursum corda. quasi dicat. habete corda sursum elevata ad deum. iuxta verbum apostoli dicentis. **Q**ue sursum sunt querite. **E**t populus quasi obediens sive consentiens dicat. habemus ad dominum corda elevata. **E**t quia pro omnibus que deus nobis contulit gratias ei impedere debemus subiungit sacerdos. **G**razias agamus domino deo nostro. et populus respondet quasi consentiens. dignum est. **P**ostea sequitur prefatio **E**t dicitur prefatio quasi prelocutio. id est ad misterium preparatio



## De eucharistia

ita q̄ in prefatione nominantur aliqui ordines angelorum. q̄  
in missa angelos presentes esse credimus et assistere sacerdo-  
ti. **D**icta prefatione subiungit cantus angelorum. s. Sanctus  
sanctus sanctus dñs deus sabaoth. i. exercituum. etiā osanna. i. ob-  
secro salua. **E**t dicitur ter sanctus ad denotandū trinitatē psonarū  
q̄ dicitur primo sanctus pro psona patris. secundo pro psona filij. tercio  
pro psona spūs sancti. **E**t dicitur dñs deus in singulari. ad oñden-  
dum q̄ vna est essentia in tribus psonis. **E**t sumit istud de **I**sa-  
ia. **I**sa. vi. **I**saias em̄ dicit se vidisse seraphim clamātia. **S**an-  
ctus sanctus sanctus etc. **U**n̄ nos cantica angelorum decantamus. q̄  
per hoc sacrificiū hoies assumi ad angelorum ordines nō dubi-  
tamus. et iō cū eis in excelsis saluari clamamus. **E**t post hoc  
dicit ali⁹ versus. s. **B**enedictus qui venit etc. qui versus sumit  
ex euāgelio **M**at. xxi. et iō dū cantat debz fieri signū crucis. in  
signū q̄ sumit de euāgelio qd̄ est liber crucifixi: et iō isto ver-  
su p̄stetur christū venisse in mundū. et ab eo saluari rogam⁹  
postea sequit canon et incipit ibi. **T**e igitur etc. et durat vsq̄  
pax dñi. **E**t dicit canon qd̄ est nomē grecū. et vult dicere in  
latino regula. **E**t ideo dicit canon. i. regula. q̄ per huiusmo-  
di verba fit regulariter huius sacramenti p̄secratio. vel q̄ ce-  
lebrās regulariter debz in omnibus se habere. **E**t totū quicqd̄  
p̄tinet in isto canone excepto **P**ater noster dicitur sub silentio.  
**E**t huius causa triplex est: **P**rima q̄ de⁹ nō attēdit clamores  
oris s̄ cordis. **U**n̄ dicit **B**ern. **N**ō vox s̄ votum. nō cordula  
musica vocum. **N**ō clamor s̄ amor sonat in ore dei. **S**ecūda  
causa est ne minister qui cū summa reuerētia ac deuotione ac  
mentis recollectiōe debz habere et proferre oīa p̄ba canōis lō-  
go clamore fatigatus impediāt vel deficiāt a sua deuotione.  
**T**ercia causa est ne p̄ quotidianū et frequētes vsū p̄ba vile  
scant. et in locis nō p̄petentibus dicant. et sicut in ruinā vt supra  
de pastoribus dixi. **I**n quodā em̄ decreto prohibet sub anathēa  
te vt nullus nisi sacris vestibus induat. et in librorum sup̄ altare cō-  
secratū p̄ferat p̄ba canonis. **E**t iō q̄ vir pollutus labijs ego  
sum. et ista sacratissima verba sunt ita archana q̄ nō licet ea ho-  
mini peccatori loqui. iō de ip̄is taceo. **H**oc autē dico q̄ nulli  
propria autoritate nisi dño pape licet aliquid de eis subtrahere



## Tract. iiii. prime partis

re vel addere. **N**otandū vero q̄ canon signanter incipit p̄ istā l̄raz. **E**que antiquit̄ fiebat per modū crucis; qm̄ sacrificiū qd̄ sit p̄tute istoz verboz est memoratm̄ dominice passionis. **U**n̄ christus qui instituit hoc sacramētū dixit. hoc facite in meā m̄memoratōes. **L**u. xxij. **E**t qm̄ ista p̄ba efficacit̄ h̄nt a passiōe christi. **U**n̄ p̄ hoc imago crucifixi d̄z ibi depigi. **I**n istis etiā sacratissimis verbis sit oꝛō generalis pro ecclia catholica. et pro papa qui est caput ecclie. et pro ep̄o. **E**t credo q̄ d̄z intelligi p̄ ep̄o in cui⁹ diocesi d̄z missa. et pro ep̄o etiā q̄ ordiauit celebrantē. **D**rat̄ et̄s pro rege q̄ est dñs t̄p̄alis. **D**rat̄ etiā p̄ oibz orthodoxis. i. christianis catholice et aplice fidei cultori b̄. q̄ p̄ba exponēt in tertia pte hui⁹ op̄is. qm̄ ageť de credo in deū. **U**n̄ p̄ ista p̄ba excludunt̄ scismatici. heretici. iudei. sarraceni. pagani et excoīcati. **E**t sic nota hic nō ozari p̄ excoīcat̄. **P**ost hoc fit oꝛō sp̄ealis pro illis siue alijs q̄bz obligat̄ sacerdos. **E**t credo q̄ sic est eis obligat⁹ ex ordine caritat̄. ita tenet̄ ordinare eos in missa. ita q̄ p̄mo ponat illū cui p̄mo est obligat⁹. et sic de alijs. **I**ta tñ q̄ si sp̄ealit̄ dicit missas pro aliq̄ q̄ virtutē sacrificij referat ad ip̄m. et pro p̄ hoc nō excluditur quin possit et debeat ozare pro alijs. **E**t tñ circa istā oꝛōez aduertendū est q̄ d̄z esse m̄talis et nō vocalis. **E**t rō pōt assignari quo ad nūc duplex. **P**riā vt sacerdos sit maḡs recollect⁹ et attent⁹. qz sermo aliq̄n̄ies impedit attentōez. **S**ec̄do ad oñden dū q̄ de⁹ nō attēdit ad clamorē oꝛ̄s s̄z cordis. vt supra. **N**otandū etiā q̄ null⁹ fidelis cui⁹ occurrat memoria debz excludi ab oꝛōne ista. immo quilibz cuius occurrat memoria ē deo specialit̄ m̄mendand⁹ alias sacerdos peccaret. **N**otandū etiā q̄ sacerdos añq̄s dicit missam potest facere istā oꝛōez dicendo mentaliter. **D**ñe deus meus ego in missa intēdo tibi recomendare istū et istū. postea sufficit q̄ dicat m̄talter in missa. **M**emēto dñe istoz q̄s tibi añ recomēdaui. **P**ostea noīantur mlti sc̄ti et sc̄tē q̄ oēs pro christo se sacrificauerunt exponēdo se mori. **E**t ista pro nūc sufficiāt q̄ ad p̄ba canonis. **S**ed dicendū est aliq̄d de signis que fiūt in canone. **U**n̄ sciendum q̄ fm̄ qd̄ dicit **I**nno. in li. de missa. cruc̄ signatōes que fiunt in missa sunt in numero. xxv. et fiunt in. viij. vicibz que signifi-



## De eucharistia

cant expresse passionem christi. Prima vice fiunt tres dicen-  
do illa verba. **D**ec dona: hec munera. et fecant trinam traditio-  
nem christi. **N**am primo fuit traditio a deo patre. qui cum in mun-  
dum misit. **S**ecundo a iuda traditore. qui eum vendidit. **T**ercio a  
iudeis. qui eum pilato ad crucifigendum tradiderunt. **I**n secunda  
vice fiunt quinque dicendo illa verba. **B**enedicta ascripta etc. et fecant  
quinque personas que fuerunt in passione christi. scilicet personam christi ve-  
diti. personam iude vendenti. et personas euentium. que fuerunt tres.  
scilicet pontifices. pharisei et scribe. **I**n tertia vice fiunt due dice-  
do illud verbum benedixit. quod verbum dicitur primo super panem. secun-  
do super vinum. et fiunt iste due cruces propter conversionem duplicem  
materie. scilicet panis et vini. **I**n quarta vice fiunt quinque dicendo illa  
verba. hostiam puram etc. et fecant quinque vulnera que christus pro-  
tulit in cruce. **I**n quinta vice fiunt due. una super corpus alia super  
sanguinem. dicendo illa verba. sacrosantum filii tui corpus etc.  
et fecant vincula quibus ligatus fuit christus et flagella. quibus  
fuit flagellatus. **I**n sexta vice fiunt tres dicendo illa verba. scilicet  
cas vivificas etc. et significant tres crucifixiones christi. **N**am  
primo fuit crucifixus linguis iudeorum. secundo sententia pilati.  
tercio manibus militum. **I**n septima vice fiunt quinque dicendo  
illa verba. per ipsum et in ipso etc. tres cum corpore super calices et due  
alias super altare a latere. et fecant tres cruciatus. scilicet passionis  
pro passionis et compassionis. et aquam et sanguinem que fluxerunt  
de latere christi. et sic fiunt in universo. xxxv. qui est numerus  
cubicus ad designandum quantumcumque multipliciter sacrificium est  
semper unum. **E**t istud sufficiat designis canonis et per omnes de  
secunda parte missae. que est ad materie sacramenti consecrationem. exce-  
pto quod quando dicitur pax domini fiunt tres cruces. **S**equitur tertia pars que  
est ad materie sacramenti sumptionem. **E**t in ista parte primo sacer-  
dos frangit hostiam in tres partes. quarum prima fecit corpus chri-  
sti mysticum. id est fideles qui peregrinant in mundo. secunda illos que  
sunt in purgatorio. tertia illos qui sunt in paradiso. **E**t dicto  
per omnia secula seculorum. et responso. amen. dicit sacerdos Pax domini  
sit super vobiscum. faciendo tres cruces cum una parte hostie super calicem  
et fecit quod per mortem christi fuit pax inter deum et hominem re-  
formata. **E**t dicitur ter agnus dei. **A**gnus dicitur ab agno quod est



## Tract. iiii. prime partis

piam. quia **C**hristus **J**esus sua pietate nos redemit. **U**el dicitur agnus ab agnoscendo. qz solo balatu agnus matrem suam agnoscit. sic christus in passione sua matrem suam agnouit. et ideo dicitur ter agnus dei. qz christus in cruce pendens tria cognouit: scilicet patrem suum ei obediendo. et matrem suam virginem virginum commendando. et genus humanum ipsum redimendo. **E**t dicitur bis miserere. et ultimo dicitur. dona nobis pacem. ad ostendendum quod in mundo isto et in purgatorio indigemus misericordia dei. et in paradiso habebimus pacem et requiem opulentam. **I**n missa pro defunctis dicitur. dona eis requiem. quia missa pro eis dicitur ut veniant ad requiem paradisi. **P**ostea ponit unam partem hostie in calicem. et fecit illos qui sunt in paradiso. qui sunt inebriati gloria paradisi. secundum illud psalmi xxxv. **I**nebriabuntur ab ubertate domus tue. **P**ostea accepto pacis osculo secundum quosdam ab eucharistia. secundum alios a calice. secundum alios ab altari dat pacem diacono. et ille subdiacono. et sic per istos descendit ad alios. ad designandum quod pax dei que eripat omnem sensum per christum descendit ad prelatos. et de prelatibus ad subditos. **E**t fecit etiam quod omnes qui volunt esse participes fructus istius sacramenti debent esse in vinculo pacis et caritatis astricti. **P**ostea dicta quadam oratione sacerdos recipit sacramentum sub utraque specie. **L**aici autem non dant sub specie vini propter periculum effusionis. **P**ost sumptionem sacramenti sumat vinum et abluat os nisi esset illa die aliam missam celebraturus. et tamen de tertia parte. **Q**uarta pars missae que pertinet ad gratiarum actionem pro communi communionem. et dicitur commio a con quod est simul et unio. ad denotandum quod illius sacramenti virtute sumus per charitatem uniti deo et proximo. **P**ost communionem dicitur post communionem quedam oratio que sic nominatur quia dicitur post communionem. **E**t debet dici iste orationes eodem numero et eodem ordine quibus fuerunt dicte collectae ante epistolam. et eodem modo terminari. **P**ostea salutato populo et rursus. et cum spiritu tuo. dicit sacerdos. **I**te missa est. et est sensus. ite post me ad christum et sequimini eum. quia hostia est missa pro vobis ad dominum patrem placandum vel ite ad propria. quia missa est completa. **E**t nota quod ite missa est. non debet dici nisi dicatur gloria in excelsis. sed debet dici. benedicam domino. et in missa pro mortuis. requiescant in pace. **S**i queratur quare non in fine cuiuslibet missae dicitur ite missa est. **R**espondeo quod corpus



## De eucharistia

**C**hristi mysticus quod est ecclesia est triplex. scilicet istud quod est in celo glorificatum. i. sancti qui sunt in paradiso. Aliud quod est adhuc in terris. i. fideles qui sunt in hoc mundo. Aliud quod iam recessit de hoc mundo non tamen adhuc est in paradiso. i. fideles qui sunt in purgatorio. Licet ergo quolibet missa totum corpus christi mysticum respiciat: sic patet per triplicem hostie portioem. tamen secundum istam triplicem differentiam potest missa ter appropriari. **Q**uedam enim celebrant ad honorem sanctorum. qui quia sunt coram deo. ideo in illis missis licentiam populus et dicitur iter missa est. quasi dicat. te festinate ingredi in illam requiem. **Q**uedam specialiter celebrant ad salutem viuorum. et quia non sumus certi de salute nostra. ideo debemus esse solliciti ne per negligentiam nostram in nobis missa efficaciam euanescat. ideo dicitur in istis missis in fine benedicam domino secundum illud psalmi xxxiiij. **B**enedicam dominum in omni tempore. **Q**uedam dicunt specialiter ad requiem defunctorum. et in illis dicitur. requiescat in pace. **E**t nota quod sacerdos quinque se vertit ad populum. et cum hoc septies salutem ipsum. **E**x autem quinque partit se ad populum fecit quod quinque christus apparuit in die resurrectionis sue. **M**ario marie magdala. in orto. secundo mulieribus euntibus redeuntibus de monumento tercio beato petro. et ideo quoniam se vertit tercio sacerdos non loquitur aliter. quarto apparuit discipulis quoniam intrauit ad eos ianuis clausis. et **T**homas non erat cum eis. quinto apparuit duobus discipulis euntibus in emaus. **Q**uoniam salutem septies populum fecit quod virtute missae salutem consequamur eternam. in qua habemus septem vires. quatuor ex parte corporis. et tres ex parte anime. **N**otandum etiam quod istud quod sacerdos incipit missam a dextera parte altaris. et postea vadit ad sinistram. et iterum redit ad dexteram fecit quod christus de dextera patris venit in sinistram mundi. et iterum rediit in die ascensionis ad dexteram patris iuxta illud **I**ohannis. **E**xiui a patre et ueni in mundum. iterum relinquo mundum et vado ad patrem. **S**i autem queratur utrum canonicum debeat dici tarde aut cito. id est an debeat sacerdos multum morari in canone aut non. **D**icendum est quod sacerdos debet cum bona maturitate et cum magna attentione dicere omnia verba canonis. non tamen debet ibi morari multum ne misce venientes perdat suauitatem unguenti. id est ne diabolice temptationes sibi perdiscent suauitatem unguenti. id est potentiam huius sacramenti seu sacrificij. quia vo



## Tracta. iiii. prime partis

luntas hominis labilis est et mutabilis. et nunquam in eodem statu permanet. Ideo sub figura huius dictum fuit filius Israel quod comederent agnum pascalem festinanter. **H**orandum etiam quod nunquam missa debet dici sine lumine. Et ista de ritibus missae sufficienter.

**D**e defectibus occurrentibus in missa. **C**aplin. xi.  
**S**i maius periculum intendit ibi plenius est consulendum. et quod in celebratione missae nisi debito modo fiat imminet maximum periculum. id est de defectibus qui in celebratione possent contingere debet summo precautione. **S**unt ergo esse defectus in missa ante consecrationem vel post vel in ipsa consecratione. **A**nte consecrationem potest esse defectus si non ministrer debita materia. puto si loco vini ministrer aqua. **U**n timeretur quod sacerdos vel minister eius qui servit sibi in missa ponat in calice aquam quam credes esse vinum album quod debet fieri. **D**icendum quod sacerdos aut percipit istum errorem ante consecrationem vel post. **S**i ante consecrationem debet aquam eijcere et ministrare vinum cum aqua. et sic procedere. **S**i autem advertat post consecrationem aut advertit ante sumptionem corporis aut postea. **S**i ante administrare debet vinum cum aqua in calice et reincipere ibi. **S**imili modo postquam cenatum est etc. **S**i autem advertat post sumptionem corporis debet administrare unam hostiam non consecratam. et ponere vinum cum aqua in calice. et reincipere a principio canonis secundum quosdam. **T**unc credo quod sufficeret reincipere ab illo loco. cōicantes. et perficere mysterium suum. **E**t si dicas quod forte iste non percipit istum errorem quousque sumpsit aquam que loco vini fuit potata in calice. et sic non esset ieiunus. **E**t sic ut videtur non debet iterum consecrare. **I**n isto casu sic dicto quod istud est tenendum pro regula generali. quod quicumque circa unam materiam sunt duo precepta fortius magis obligat. modo circa celebrationem missae sunt duo precepta. **U**num preceptum est quod missa dicatur a ieiuno. **A**liud est quod sacramentum integrum perficiatur. id est quod celebrans semper consecret sub utraque specie. scilicet panis et vini. **C**onstat autem quod preceptum de integritate sacramenti fortius est quam preceptum quod sumatur a ieiuno. cum illud respiciat essentiam sacramenti. et istud eius usum. quare quicumque iste sumpsit aquam et non sit ieiunus. nihilominus tamen debet facere sicut dictum est supra. scilicet quod habeat hostias.



## De eucharistia

non consecratam et vinum et aquam administret. et reincipiat a principio canonis. vel ab illo loco. cōicantes etc. et sic totus proficiat vsq; ad finē. **S**ed quid si ille qui administravit vinum in calice non apposuit ibi aquam quid faciendum est. **I**n hoc casu dico quod si sacerdos aduertat istud ante consecrationem sanguinis debet ponere aquam in calice. et sic consecrare. **S**i autem percipit post consecrationem sanguinis debet conteri de negligentia et procedat in missa. quia vinum est propria materia huius sacramenti et non aqua. ut dictum est supra. debet tamen admisceri ex quadam congruitate. **S**ed quid si sacerdos aduertat venenum immixtum esse in calice vel araneam vel muscam ibi cecidisse. nunquid debet sumere. **C**erte contra ad venenum vel araneam dico quod non. ne calix vite fiat sibi calix mortis. sed sanguis iste debet poni in aliquo vase mūdo et apto. et debet poni inter reliquias cum aliqua scriptura notificante ibi esse sanguinem christi et quod non sumatur ab aliquo. quia spiritibus istis admixtum est venenum. **E**t nisi sacerdos sumpserit corpus christi debet ponere aliud vinum in calice cum aqua et reincipere ab illo loco. **S**imili modo etc. **S**i autem sumpserit corpus debet habere aliam hostiam non consecratam. ut dictum est supra. **Q**uam tamen ad muscam dico quod propter muscam non debet dimittere. qui sumat non tamen credo quod debeat transglutire muscam ut quidam dicunt. sed sufficit quod lauet et lotio sumatur. et si timeat de vomitu comedat aliquid prohibens vomitum et musca proburatur et cinis in sacrario preseruetur. **S**ed pono quod quando sacerdos eleuat hostiam apparet ibi species pueri vel carnis quid faciet. **D**ico quod aut istud apparet oibus aut sacerdoti tantum. aut populo tantum. **S**i apparet ita omnibus in isto casu debent fundi orationes ad deum ut reuerentur ad speciem panis. et si fiat debet sumi. si autem debet haberi alia materia. scilicet hostia et consecrari. **S**i autem non appareat sacerdoti sed populo tantum debet sumi a sacerdote. **S**ed potest contingere quod calix cadat et sanguis effundatur. quid ergo faciendum est tunc. **D**ico quod quid agendum sit in isto casu edocemur ex quodam decreto. **I**n pape. in quo decreto dicit sic. **S**i per negligentiam aliquid de sanguine stillauerit in terra lingua lambatur et terra radatur. **S**i pro fuerit tabula ut non pulcherrime locus radatur et in igne



## Tracta. iiii. prime partis

consumatur. et cinis intra altare condatur. et sacerdos. xl. diebus peniteat. **S**i super altare distillauerit calix sorbeat minister stillam et tribus diebus peniteat. **S**i super lintheum altaris et ad aliud stilla peruenit quatuor diebus peniteat. **S**i usque ad tertium lintheum stilla peruenit. peniteat nouem diebus. **S**i usque ad quartum lintheum peniteat. xl. diebus. et lintheamina que stilla tetigerit tribus vicibus abluat minister calice supposito. et aqua ablutionis sumat et in aliquo vase iuxta altare recondat. **S**i quis per ebrietatem vel voracitatem eucharistiam euomerit si laicus fuerit. xl. diebus peniteat. clericus vel monachus: lxx. diebus peniteat. episcopus. xc. **S**i vero infirmitatis causa euomerit. vij. diebus peniteat. **I**sta habent de cō. di. ij. ca. **S**i per negligentiam et ca. **S**i quis per ebrietatem. **E**t materia illius vomitus debet accipi et obiri. et cineres iuxta altare recodi. **Q**ue penitentia debet esse ista. **D**icunt aliqui quod omnibus diebus illius penitentia debet ieiunare in pane et aqua et cessare a cōione. **A**lij dicunt quod sufficit quod faciat aliquam abstinentiam vel dicat aliquas orationes. **S**ed pono quod aliquis sacerdos induat se ad missam et postquam iam processerit ad missam recolit se aliquod peccatum mortale commisisse de quo non fuit confessus. vel recolit se excommunicatum. quid faciet iste sacerdos. **S**i procedat videtur peccare mortaliter. quod iudicium sibi manducat et bibit. si autem ex toto dimittat magnus scandalum populo generat. **D**icunt quidam quod talis sacerdos non debet dicere verba consecrationis sed simpliciter hostiam debet sumere. **E**t istud non est verum. immo erroneum. quod faciēdo sic videtur grauiter peccare. quod talis videtur deum illudere faciēdo irreuerentiam sacramentum et populum decipet. quod faceret eum idolatrare. et ita se ei astringit ita habet de cele. mis. c. de hoie. **E**t ideo dico quod si iste sacerdos non potest dimittere missam absque scandalo quod doleat et peniteat et propter de peccato suo. doleat etiam quod ita tarde peniteat et proponat profiteri quam cito poterit habere oportunitatem. et consecret in nomine domini. quod in isto casu summus sacerdos. scilicet deus absoluit eum. **E**t licet quidam dicant sile esse in sententia excommunicationis tamen credo quod in isto casu si sacerdos non processerit ad consecrationem debet dimittere fingendo se infirmum. vel habere aliquam necessitatem legitimam. vel non possit dimittere doleat et peniteat. et p[ro]p[ter]



## De eucharistia

ponat se facere absolui. Et credo q̄ q̄stum ad illud peccatum  
absolutus est a summo sacerdote. s. a deo et hoc quo ad culpā  
An aut sit absolutus quo ad penas irregularitatis nō de  
termino hic. **S**z pono q̄ sacerdos habeat p̄scientiā eo q̄  
obmisit aliquid de verbis canonis nūquid debz ea repetere. **H**  
eo q̄ aut habeat p̄scientiā probabile et quasi certā aut habz cō  
scientiā leuē et scrupulosam. **S**i habz p̄scientiā certā v̄l mltuz  
probabile q̄ dimisit aliquid de verbis canonis. debz ea repe  
tere. potissime si habet talē p̄scientiā de verbis p̄secratiōis. q̄  
nō intelligit iteratū qd̄ dubitat probabiliter vel nescit esse fa  
ctū: vt dicit de cō. dist. iij. si nulla. extra de pres. nō bap. c. ye  
mens. **D**ebet tñ vt credo sacerdos habere istā intentiōez: **S**i  
dicit ista verba nō intēdo ea repetere cū intētiōe p̄secrandi. s̄  
si nō dicit dico ea. **A**rgu. extra de bap. et eius effec. ca. ij. vbi di  
citur. **S**i tu es baptizatus nō te baptizo. s̄ si nō es baptizat⁹  
te baptizo in noie pa. et c. **P**ropter aut leuē et scrupulosam con  
scientiā nō debet iterari huiusmodi p̄ba. **E**t iō sacerdos mul  
tū debz esse attentus et recollectus qñ dicit hec verba. **S**ed  
pono q̄ sacerdos qñ dicit missam faciēdo signa cū hostia for  
te prope frigus vel p̄p̄t inaduertentiā vel aliquid aliud hostia  
cadi in sanguinē quid debz fieri. **D**ico q̄ debz eā ibi dimitte  
re nec extrahat eā inde. s̄ sumat eā cū sanguine. q̄ signa et fra  
ctiōes que fiūt cū hostia magis fiūt in significatiōez. q̄ sunt de  
essentia misse. **P**ono etiā q̄ p̄p̄t frigus sanguis p̄gelet in ca  
lice. **D**ico q̄ tñ sacerdos debz tñ exalare. i. anhelare in cali  
ce q̄ liquefiat. **C**redo tñ q̄ tutius est q̄ calix inuolueret pan  
nis calidis. et si nō p̄ficeret q̄ poneret in aqua feruenti cauē  
do tñ ne aqua intraret. **S**z pono q̄ qñ sacerdos dicit missam  
morit aut pcutit aliqua infirmitate. ita q̄ nō potest finire mis  
sam quid faciendū est in isto casu. **D**ico q̄ circa istā materiā  
est vna regula generalis q̄ semp ille qui dicit missam debz su  
mere et p̄ficere istud sacramentū si possit si nō potest alius de  
bet sumere et p̄ficere loco eius. **I**n casu ergo proposito dico q̄  
aut sacerdos morit aut impedit aliqua infirmitate ante ince  
ptiōez canonis aut post. si ante nō curandū est. **S**i post aut  
ante p̄secratiōez v̄l post. **S**i ante alius sacerdos debz se indu



## Tract. iiii. prime partis

ere et recipere ubi dimisit. Si vero moriatur vel impediatur post consecrationem, alius sacerdos debet supplere quod remanet supplendum et recipere sacramentum. Sed ponatur quod moritur vel impeditur postquam sumpsit corpus et antequam sumat sanguinem et implere officium. Sed pono quod mus vel alia bestia sumat species consecratas. Dico quod si possent extrahi ille species ab illo animali debet illud animal aperiri et species ille reuerenter reponi in sacrario, et animal comburi et cineres intra altare recondi. Sed pono quod aliquis sacerdos tanto tempore referuauit illas species quod iam sunt putrefacte vel corrupte quid debet fieri de istis speciebus. Dico quod istud in materia ista habendum est pro regula generali, quod tam diu manet sub istis speciebus corpus et sanguis christi quam diu sub istis manet substantia panis et vini. Et tunc cito sub istis speciebus definit esse corpus christi et sanguis quam cito definit ibi esse species panis et vini. Et ideo si ille species veniunt ad tantam corruptionem quod non plus apparent esse species panis et vini, iam non est ibi corpus nec sanguis christi, et ideo non debent sumi sicut consecrate. Sed sacerdos postquam sumpsit in missa corpus christi sumat eas reuerenter sed non ut consecratas. Si autem non veniunt ad tantam corruptionem quin appareant esse species panis et vini debent sumi ut consecrate. Sed quid si ex illis speciebus corruptis sint generati vermes, quid debet fieri de illis vermibus. Dico quod debet comburi et cineres intra altare recondi, et sacerdos ex cuius negligentia accidit ista debet grauiter puniri et ideo sacerdos debet cauere ne nimis longo tempore referuet eucharistiam, vel quod non seruet eam in loco nimis humido, ita quod ille species possent de facili corrumpi. Hec circa eucharistie sacramentum et eius ministrum ac ornamenta perstringi breuiter, ut simplices sacerdotes in talibus certitudine inuenirent et in alijs que longum tractatum erigunt daretur eis occasio cogitandi dubitandi et interrogandi.

Continuatio et ordo sacramentorum dicendorum.



## De ordine

**O**rdinem in huius libelli principio positum. psequendo dicto de sacramentis que pducunt et promouent ac psumunt hoies in esse spūali que sunt baptismus. pfirmatio et eucharistie sacramentū. dicendū est de sacramentis per que si ceciderit homo faciūt vt resurget. Et ista sunt penitentia que saluat hominē a pctō. et sacramentū extreme vncionis que sanat reliquias peccator. **U**lex qz in scda particula huius libelli agit de pfectionū audientia et penitētiarū impositione. ideo tractatus de sacramento penitentie vsqz huc differatur ne oporteat sepe iterare eadē. qz etiā dignius debet pcedere minus dignū. sacramentū aut ordinis maius est et dignius sacramento extreme vncionis. ideo prius dicendū est de sacramento ordinis qz de sacramento extreme vncionis.

**Tractatus quintus pte partis** de sacramento ordinis. Et habet quinqz capitula.

**Q**uia conferre sacramentum ordinis de iure et regulariter ad solos episcopos pertinet. qz vncionē sacramenti qz eos teste beato Iohanne de oibz edocet recipiūt. **I**dcirco circa materiam sacramenti ordinis pauca dicam. **L**uz sanctos et venerabiles episcopos sicut habeo in patres et dños habere desiderem in magistros. verum qz sacerdotibz omnibz tora eoz potestas in collatione ordinū tribuit. iō aliqua de sacramento ordinis expedit eos scire que sub breui ppendio cōprehendam. **E**t hoc quo ad nūc ad quinqz possunt reduci de quibus p ordinē est agendū. **P**rio quid est ordo. scdo qz sunt ordines. tercio si in quolibz ordie imprimit character. quarto in quo actu imprimit character cuiuslibz ordinis. quinto que requirunt in suscipiente ordines. et hec sufficient.

**Q**uid est ordo. **L**aplin. i.  
**O**rdo ab Hugone de scō victore describit sic. **O**rdo est signaculū qddā qz p qd spūalis ptas seu officii tribuit ordinato. **E**t ponit ibi ptas qz ad ordines ppe dictos. sed officii ibi ponit quo ad ordines cōiter dictos.



## Tract. v. prime partis

Quor sunt ordines. *Laplin. ij.*

**I**n numero ordinum diuersificant doctores canonice et theologi. Doctores enim canonice dicunt quod sunt novem. scilicet psalmistatus. ostiariatus. lectoratus. exorcistatus. acolythatus. subdiaconatus. diaconatus. presbiteratus. episcopatus. Et ratio forte quod mouet doctores canonice est. quoniam cum in quolibet ordine tribuat specialis potestas vel officium. scilicet ubi est specialis potestas vel speciale officium ibi est specialis ordo. scilicet in episcopatu tribuitur specialis potestas. et in psalmistato speciale officium. ideo episcopatus est specialis ordo et etiam psalmistatus. Et ergo militaris ecclesia correspondet triumphanti. sicut in triumphanti sunt noui ordines angelorum. ita in militanti sunt .ix. ordines ministrorum. Et est factus apta congruentia. Doctores vero theologi multi et quod plures ex eis tenent quod non sunt nisi septem. quod ponunt quod psalmistatus non est ordo nec etiam episcopatus. ut sic septiformis gratie spiritus sancti correspondet septem ordinibus. Quicquid sit de isto factus puto quod psalmistatus non est ordo. sicut nec priuilegium tonsura de qua magis videtur. cum psalmistatus referatur a simplici sacerdote. priuilegium tonsura ordinarie ab episcopo referatur. Unde ut dicunt doctores priuilegium tonsura non est ordo sed est dispositio ad ordines. Dispositio inquam non necessitat scilicet congruentie. De episcopatu autem utrum sit specialis ordo dubito. et ideo istud dimitto determinationi maiorum. Thomas autem in quarto suo dicit quod ordo tripliciter dicitur. Uno modo ut est nomen officii. et sic psalmistatus est ordo. Secundo modo ut est nomen dignitatis et sic episcopatus est ordo. Alio modo ut est nomen cuiusdam specialis potestatis. et sic non sunt nisi. vii. ordines tantum. Et isto modo possunt concordari iura et opiniones doctorum. Numerus autem et sufficiencia istorum septem ordinum contra dicitur sic potest haberi. Dis ordo ideo dicitur ordo quod ordinatur ad corpus christi. prout in sacramento eucharistie continetur. et secundum quod dicit beatus Augustinus. secundum quod magis de propinquo accedit ad hoc sacramentum eucharistie secundum hoc dicitur maior vel dignior ordo. Potest ergo aliquid ordo ordinari in sacramento eucharistie. et hoc vel ad corpus christi consecrandum. et sic est presbiteratus. cuius est corpus christi consecrare vel ad ipsum consecratum populo dispensandum. et sic est diaconatus. cuius antiquitus erat sanguinem christi. populo dispensandum.



## De ordine

fare. **Uñ dicit b. Laurentius beato Sixto.** Nunquid dege-  
nerare me probasti cui commisisti dominici sanguinis dispensa-  
tionem. **Uel** ordinat ad materiã de qua cõficif presbitero p-  
sentandã vel prepadã. et sic est subdyaconatus. cuius est ho-  
stia et calice cū vino et aqua ad altare ppare. vel ordinat ad hu-  
iusmodi materiã ad altare apportandã. et sic est acolitatus. cu-  
ius est pixide cū hostia et viceolos cū vino et aq ad altare por-  
tare. **Uel** ordinat ad diabolũ effugandũ ne hoies a sumptio-  
ne huius sacrameti impediãt. et sic est exorcista. cuius est de-  
ne huius adiurare. vel ordinat ad dignos admittenduz et indi-  
gnos excludendũ. et sic est ostiari⁹. cui⁹ est ostiũ ecclie custo-  
dire ne indigni intrẽt. vel ordinant ad ea q de christo in isto  
sacrameto p̄tento in veteri testamento dicta erãt pponenduz  
et sic est lector. cui⁹ est pphetias veteris testameti in missa lege-  
re. **Et** sic habet numer⁹ et sufficientia septẽ ordinũ cõiter di-  
ctor. **Hor** ordinũ quidã vocant minores et nõ sacri. s. lecto-  
rari⁹. ostiariatus. exorcistatus. acolitatus. **Alij** aut tres. s. sub-  
dyaconari⁹. dyaconari⁹. et psbiterari⁹ vocãt maiores et sacri.

**Uñ** in quolibet ordine imprinat character. **Ca. iij.**

**Q**uoniam fin qd dicitur fuit supra. cū ageret de sacramentis  
in generali character sit quedã spealis ptas p quã reci-  
piens sacramentũ inpmes characterẽ potest facere vel  
recipere aliqd qd nõ potest ille qui nõ recipit hmoi sacramentuz  
vt recipies quẽlibz ordine possit facere aliquid speale qd non  
potest facere ille qui caret ordine illo. sic psbiter p̄t psecrare.  
qd nõ p̄t facere ille qui nõ est psbiter. et sic de alijs. et in qlibet  
ordine inpmis character. **Et** si dicas q nõ ordinatus p̄t face-  
re ea que sunt ordinis. sicut nõ acolitus p̄t portare hostias et  
viceolos ad altare. ergo nõ oportz q in quolibz ordine impri-  
nat character. **Nõ** valz. qz fin qd dicit cõiter: **Illud** possum⁹  
qd de iure possumus. **Nullus** aut p̄t facere de iure ea que sunt  
ordinis nisi sit ordinatus. **¶** **Notandũ** etiã q characteres om-  
niũ ordinũ psupponũt characterẽ baptisimi. cū baptisim⁹ sit ia-  
nua et fundamentũ oim sacramentoz. **Et** fin aplm vbi fũda-  
mentũ nõ est supedificari nõ p̄t. **Et** nõ nullus nisi sit baptizã-  
tus potest esse capax alicuius sacrameti. extra de ps. nõ bap. c.



## Tracta. v. prime partis

ueniens. Sed nunquid caracter vnus ordinis presupponit  
caracterem alterius ordinis. i. vtrum ille qui nō est subdya-  
conus potest ordinari in dyaconū. vel nō dyaconus in presbi-  
terū. Dico q̄ de necessitate caracter vnus ordinis nō presuppo-  
nit caracterē alterius ordinis. Quā nō subdyacon⁹ potest or-  
dinari in dyaconū. v̄l nō dyaconus in presbiterū. l̄ nō debeat.  
immo de rigore iur̄s debz deponi si ex malicia. vel ignorātia  
aliquē ordinē p̄termiserit. s̄z ex licētia ep̄i imposita ei p̄nia p̄  
eo q̄ negligenter vel ignoranter mediū ordinē p̄termisit.  
ad ordinē p̄termisum poterit promoueri. interim a superioris  
ordinis executōe suspēsus. q̄ fm̄ Bre. ordinate ad ordines ascē-  
dendū est. Nā casū appetit qui ad summi loci fastigia postpo-  
sitis gradibz p̄ abrupta querit ascēsum. xl. viij. di. sicut olim. ex-  
tra de cle. p̄mo. p̄ sal. c. vnico. ¶ Sed nunquid caracter ordi-  
nis p̄supponit primā tonsurā v̄l caracterē p̄firmatōis. l̄z Du-  
go dicat q̄ nullus nisi habeat p̄mā tonsurā p̄t ordinari in sa-  
cerdotē. ar. di. xl. Sicut t̄m̄ doctores theologi tenēt cōiter q̄  
caracter ordinis nō presupponit de necessitate p̄mā tonsurā. nec  
etiā p̄firmatōez. immo nō p̄firmat⁹ potest ordinari. l̄z nō de-  
beat fieri. Dictū est em̄ supra q̄ tonsura est dispositio ad ordi-  
nes p̄gruentie t̄m̄. nō aut̄ necessitat̄. Notanduz aut̄ q̄ fm̄ il-  
los qui ponunt q̄ ep̄atus est ordo q̄ caracter ordinis ep̄alis  
p̄supponit caracterē sacerdotalē q̄ nō sacerdos nullo mō po-  
test esse ep̄s Et istud videt̄ sentire illud ca. extra de excef. pla.  
ex lris. Ordo em̄ sacerdotalis est quasi substantiale fundamē-  
tum ordinis episcopalis. Et hec sufficiant.

**I**n quo actu imp̄mit̄ caracter in quolibet ordine. Ca. iij.  
¶ Ifo q̄ in quolibet ordine imp̄mitur caracter vidē-  
dum est in quo actu imp̄mit̄ caracter in quolibz ordi-  
ne Et est sciendū q̄ eū in sacramēto ordinis caracter  
fit res ⁊ sacramētū. oportz q̄ ad imp̄sionē caracteris p̄cur-  
rāt duo. que requirunt̄ in omni sacramēto. s. aliquod cerimo-  
niale signū. qd̄ est materia sacramēti. ⁊ aliqua verba determi-  
nata que sunt forma sacramēti. In actu ergo in quo imp̄mit̄  
caracter in sacramēto ordinis oportz q̄ sint ista duo. s. traditō  
alic⁹ instrumēti deputati ad executōez illius ordinis: ⁊ plano



## De ordine

aliquorum verborum. In ordine ergo sacerdotij imprimuntur  
caracter fm Tho. in traditōe calicis cū pane z vino et prola  
tione verborū q̄ tūc dicit eps. s. accipe ptatē p̄secrādi. zc. Alij dī  
cūt q̄ in vinctōe manūū sibi ip̄mūt caract. Primū tñ reputo  
q̄ In dyacono ip̄mūt caract i traditōe libri euangeliorum  
cū verbis ad hec deputatis. Subdyacono ip̄mūt caract in  
traditione calicis. tñ sine pane z vino. p̄ q̄s differt a sacerdote  
cū tra dīt cū pane et vino. Acolito ip̄mūt caract vt dicit q̄  
dā i traditōe cādēlabri Tho. dicit traditōe vrceoli. Et istō  
reputo verū. q̄ vrceol⁹ direct⁹ respicit eucharistiā q̄s can  
delabruz. Exorciste ip̄mūt caract in traditōe libri exorcismo  
rū. Lectōri i traditōe libri lectōis prophetiarū. Ostiario in  
traditōe clauis eccle. Ita tñ q̄ i quilibet ordine dicāt sīl cum  
traditōe instrū p̄ba ad hoc d̄putata. q̄ sine verbis nihil fie  
ret. Credo etiā q̄ non sufficit q̄ eps porrigat huiusmodi instrū  
imo oportet q̄ ordinādus corporaliter tangat ea. cū istō vide  
antur sonare verba forme que profert eps dum porrigūt hu  
iusmodi instrūmēta vnde dicit. Accipe. Et ideo aduertat cir  
ca hec diligenter quilibet ordinādus

**¶** Que requirunt in suscipiente ordines. La. v.

**Q**uonia fm p̄hm. Act⁹ actiuoz s̄t i patēte p̄disposito  
Ideo vt ordines digne recipiatur sciendū ē ad h̄ q̄ or  
dines rite z legitē z digne recipiant i generali quat  
tuor requirunt. Primus ē sexus d̄bitus. s. q̄ sit mascul⁹. Vnde  
mlr non posset ordinari nec posset recipere caracterez alic⁹ ordi  
nis clericalis. vt dicit. Amb. super epistolam ad Thīm. z ha  
bet. xxij. d. mlr z. xxij. q. v. mulier ē z extra. d. sen. ex. d. mōiali  
bo. Rō autēz quare non potest mlr recipere caracterem alic⁹ or  
dinis est. quia x̄ps qui fuit institutor sacramenti ordinis non  
promouit aliquam mulierem ad aliquem sacrum ordinem. Li  
cet enim beatissima virgo Maria dignior et excellentior fu  
erit oib⁹ apostolis. non tñ illi sed istis dñs clauēs regni celoz  
pmiserat extra d. pe. z re. noua. Et si forte in aliq̄ caplo inueni  
at mlr vocari dyaconissa vl̄ p̄sbitera intelligēdū est q̄ illa vo  
cat dyaconissa sup̄ quā fundabat aliq̄ b̄ndictio. rōe cui⁹ p̄seq̄  
bat aliq̄ officij sp̄uale. forte legēdo omelias in matutinis vt  
b ij



## Tract. v. prime partis

aliquod aliud. quod non licebat alijs monialibus. **P**resbyter  
ra aut appellabat. qz fm morem pmitiue ecclesie erat vxor p  
sbiteri. vel forte aliqua vidua de rebz ecclie cura bñs ad instar  
matris familias vocat psbitera: z ita exponeda sūt oia capitla  
que loquūt de ista materia. **S**cđm qđ requirit est etas legi  
tima. **C**irca qđ sciendū est qz licz doctores canonū faciāt ml  
tas erengas circa istā materiā. tñ videm<sup>9</sup> oculata fide nostrs  
tpibz pmoueri pueros z inabiles seu imberbes in presbiteros  
z ad alios sacros ordines. immo videm<sup>9</sup> aliquos ad dignita  
tes z psonatos z etiā ad epātū z cardinalatū infra tps a iure  
taratū ad subdyaconat<sup>9</sup> sumptioez pmos. **Q**đ qz sit ex dis  
pensatione sedis apostolice que spūscō dirigit nō debz ab a  
liquo reprobari. iō p nūc supsedeo. **I**stud tñ regulariter tenē  
dū est qz nisi in fauorē religiōis fiat null<sup>9</sup> debz pmoueri ad  
subdiaconat<sup>9</sup> ordinē nisi attigerit. xvij. annū iā inceptū. **P**ec  
ad ordinē dyaconat<sup>9</sup> nisi sit in. xx. anno iā inceptū. **P**ec ad or  
dinē sacerdotij nisi attigerit. xxv. annū iā inceptū. vt habet de  
eta. z q̄li. oz. p̄fi. in. c. **G**eneralē. in **C**lemē. **C**redo aut qz dñi  
epi si necesse fuerit possunt in his dispensare z dispensant q̄ti  
die put exigit ncēitas que nō habz legē extra d̄ re. iur. qđ nō  
est licitū qz in oibz istis debz attēdi. **T**erciū qđ requirit est mo  
rū honestas. **C**ū em̄ porte dignitatū vel ordinū infamibz z su  
spectz patere nō debeāt. vt. lxxxi. di. dictuz. extra. de iureiur:  
**R**elatū. **S**up oia req̄rit in promouēdo ad ordines seu ad ec  
clesiasticas dignitates qz sit bone fame z honest<sup>9</sup> in moribz  
in vita. **C**ui<sup>9</sup> p̄ditōis sit. z q̄s mores debeat ordinand<sup>9</sup> z pro  
mouend<sup>9</sup> ad sacros ordines h̄re oñdit apls in epla. i. ad **T**hi  
mo. iij. z ad **T**iti. i. ita dicēs. **P**oportem̄ irrephensibilē z sine  
crimie esse vnus vxor<sup>9</sup> viz sobriū. ornatū. prudentē. pudicū  
hospitalē. doctozē. nō vinolentū. nō pcussorē s̄z modestū. nō li  
tigiousum. nō cupidū. s̄z domui sue bñ p̄positū. nō neophituz  
**E**t lz ista autoritas videat̄ itelligi de epo. tñ fm **Aug.** z **Am**  
**bro.** extendenda est ad alios ordinādos supra dist. lxxxi. apo  
stolos. z di. xxxij. cognoscam<sup>9</sup>. **N**otandū etiā qz de singulis  
p̄ditionibz posit<sup>9</sup> in autoritate p̄dicta mlta essent dicēda. tñ qz  
req̄rerēt magnū tractatū q̄si sup̄ficialiter p̄transcundo pauca



## De ordine

**D**icam. Dicit ergo primo sine crimine. quod non est intelligendum de omni crimine cum nemo sine crimine uiuat. Et ut dicit Hiero. Res pene contra naturam est ut aliquis sine peccato sit. Ideo intelligendum est de peccato enormi siue vulgato et notorio. Et nota quod episcopi in peccato mortali quicumque siue occulto siue manifesto peccat mortaliter recipiendo sacros ordines. sicut recipiendo alia sacramenta. xl. di. mlti. xcy. di. illud. xl. di. an. Et ideo debet quilibet confiteri antequam recipiat sacros ordines. Secundo dicit unius uxoris uiz. et istud est intelligendum negative id est non plurius. lxxij. di. pposuisti. quod si intelligeret affirmative sequeret quod uirgines et qui nullam habuissent uxorem non possent promoueri quod est absurdum. Et loquitur apostolus secundum morem primitiue ecclesie. in qua licitum erat ordinatos habere unam uxorem dum non habuissent ipsam uirginem. modo autem non est licitum. cum uotum castitatis sacris ordinibus sit annexum. De bigamis autem quare non promouentur. et quid est bigamia. et quot modis contrahitur quo ad nunc tractabo. quod excedere metas huius tractatus. Alie autem conditiones scilicet sobrius prudente et cetera satis sunt note et ideo de eis nihil dicam. **T**ertio notandum autem quod diuersis capitulis de corpore decretorum et decretalium colliguntur alie conditiones que non debent esse in ordinando. uiz. quod non sit sollemniter penitens. non curialis non seruus non ad rationem obligatus. non corpe uiciatus. non de presbitero uel alias illegitime natus. non adulter. non egritudine baptizatus non peregrinus. non ignotus. non minoris etatis. De quibus istorum prosequi exigeret maiorem tractatum quam presens opusculum exposulat. Quartum quod requiritur est peritia litterarum. Unum promouendum et ordinandum ad regimen animarum debet habere noticiam et peritiam sacre scripture ad animas informandas. Et propter hoc statutum est in ecclesijs metropolitanis ut teneantur doctores theologie. et quod clerici exeuntes provinciam ad audiendum theologia precipiant integre stipendia sua. et si non sufficiant eis ecclesia debet eis ministrare necessaria. extra de magi. quod nonnulli. Debent etiam habere peritiam in secularium scientiarum. et hoc ad eruditionem. ut possint discernere uerum a falso et per se habere aditum ad theologia. Et ideo statutum est ut teneantur magistri artium liberalium in singulis ecclesijs cathedralibus et in alijs quibus possunt sufficere facultates. qui



## Tracta .vi. prime partis

harum ecclesiarum clericos et alios scolares pauperes gratis instruunt. propter quod aliquod competens beneficiū magistro in ecclesia assignet extra. c. preal. Et intelligo de scientiis trivialis sive sermotionalibus. scilicet grammatica. logica. rhetorica. Et maxime de grammatica. quia quadriviales scientie. scilicet arithmetica. geometria. musica. astronomia parū aut nihil faciunt ad scientias pietatis. ut ait Hiero. xxxvii. di. si quis grammaticam. De hoc. scilicet quā scientiā debent sacerdotes habere require supra in proemio huius libelli. Et licet multa alia circa materiam sacri ordinis possent dici. ista tamen sufficiunt estimare ad hoc quod presens libellus expostulat.

## Tractatus sextus prime partis de extrema unctione. Et habet septem capitula.

**N**unc de sacramento extreme unctionis dicendum est. Circa quod consideranda sunt septem. Primo que est eius materia. Secundo que est eius forma. Tertio quis est eius minister. Quarto quis est eius effectus. Quinto quibus debet dari. Sexto in quibus partibus corporis debet fieri. Septimo utrum debeat iterari.

**D**e materia huius sacramenti Lapl. i.  
**M**ateria sacramenti extreme unctionis est oleū oliuarū ab epō benedictū. Et ratio quare oleū oliuarū est materia huius sacramenti est institutio christi qui instituit istud fieri in oleo quā misit apostolos oleo ungeri infirmos et sanare eos. Et huic concordat promulgatio. b. Jaco. qui dicit Infirmitas quis ex vobis inducat presbiteros ecclesie et orietur super eum ungentes eum oleo sancto. Et est sciendum quod quā in scripturis inuenitur simpliciter oleū intelligitur de oleo oliuarū. quia illud est simplex oleū. alia autem non. sed fuerunt inuenta propter defectū illius olei. sicut oleū nucū. oleū lini et silia. vel propter aliquā medicinā. sicut oleū amigdaloz vel latrinū et silia. Ratio autem congruētie quare tale oleū est materia huius sacramenti est. quia proprietas istius olei maxime convenit effectui huius sacramenti. Est enim oleū mitigatiū do-



## De extrema unctione

lorum. ideo ponit in vulneribus. **U**n ille samaritanus infudit oleum in vulneribus sauciati ut dicit **Lu.** **E**ffectus istius sacramenti est mitigare dolorem spirituale et corporale. ut dicitur infra quoniam agitur de effectibus istius sacramenti. quare oleum oliuaz est materia propria istius sacramenti. **N**otandum autem quod ad hoc quod oleum sit propria materia et ueniens istius sacramenti oportet quod sit prius ab episcopo benedictum. **E**t istud innuit. **b. Iaco.** quoniam dixit ungetes eum oleo sancto. id est. sanctificato. **R**atio autem quare oportet quod sit sanctificatum posita est supra in tractatu de confirmatione. c. ij. vide eam ibi.

**Q**ue sit forma extreme unctionis. **Ca. ij.**

**P**rima istius sacramenti sunt verba que dicit sacerdos quoniam ungit infirmum. scilicet. **Per istam sanctam unctionem et suam purissimam misericordiam indulgeat tibi deus quicquid deliquisti per visum et auditum etc.** Ita quod in ista forma tangitur spiritus istius sacramenti. de qua dicitur infra quoniam agitur de eius effectu. **E**t sciendum quod diuina est inter formas aliorum sacramentorum et istius. quod forme aliorum sacramentorum sunt indicatiue. ut patet intuitu discurrendo per singulas formas. scilicet forma istius sacramenti est operatiua. ut patet inspicienti. **N**otandum autem quod in missali **Ambrosiano** inuenitur ista forma. **Unge oculos tuos vel aures tuas etc.** **E**t per istam sanctam unctionem tuam etc. **D**e hoc autem non est curandum. scilicet forma qua vult romana ecclesia est seruanda. **S**i autem aliquis querat quare in forma istius sacramenti magis vult romana ecclesia operatiua verbo quam in alijs formis. **D**icendum est quod ideo quod ut videtur infra istud sacramentum non debet dari nisi propinquis morti qui sit iam in recessu. id est sicut mors est quod illis qui sunt in recessu operatur salus ita forma ista ecclesia operatur salutem recedentibus ex hac vita.

**Q**uis sit minister extreme unctionis. **Ca. iij.**

**M**inister huius sacramenti est presbiter et non alius. vnde nullus nisi sit presbiter potest ministrare illud sacramentum. **I**tem patet ex predicta autoritate beati **Iaco.** **I**nfirmus quis etc. **R**atio autem quare solus presbiter est minister huius sacramenti est. quod ille qui habet dispensare sacramentum corporis christi mysticum oportet quod habeat partem super corpus christi verum. scilicet iste est solus presbiter qui est solus presbiter ministrare sacra. **N**ec est ista ratio de baptismo. quod baptisimus est sacramentum marie necessitas. id est oportet quod habeat minister marie coeque  
b iij



## Trac. vi. prime partis

vide hoc supra de baptismo. c. tercio **U**trum aut oporteat quod sint plures presbiteri vel sufficit vnus videt ex autoritate allegata quod debeant esse plures quod dicit presbiteros in plurali **L**bo. in. iij. suo videt dicere quod si non possint haberi plures sufficiat vnus cum ministris. ita tamen quod semper presbiter debet inungere et dicere verba. et si aliquis profecerit moriat vel aliter impediatur alius debet proficere illud quod remanet proficiendum scilicet residuum sacramenti huius extreme unctionis. que sufficiant pro presbitero

**Q**uis sit effectus huius sacramenti **Ca. iij.**  
**E**ffectus huius sacramenti est iste **S**ic enim est in infirmitate corporali ita suo modo debet esse et est in infirmitate spirituali **I**n infirmitate aut corporali sic est quod posito quod aliquis sit curatus ab infirmitate adhuc remanet in eo aliqua debilitas corporalis proueniens ex pristina infirmitate. et ideo indiget duplici medicina **U**na que sit egritudinis sanatiua vel expulsiua. et alia que sit debilitatis que remanet repatiua **S**ic est spiritualiter. spiritualis infirmitas est peccatum **U**nus presbiter in persona peccatorum **D**iferere mei domine quoniam infirmus sum sana me etc. **M**edicina sanatiua illius infirmitatis est penitentia. scilicet postquam homo sanatus est ab ista infirmitate adhuc remanet in eo quedam debilitas spiritualis. et contra istam debilitatem ordinatur istud sacramentum **U**nus effectus istius sacramenti est sanatio istius debilitatis spiritualis **E**t etiam alius effectus quod per ipsum peccata venialia et etiam mortalia oblita remittuntur et gratia habita augetur et noua profertur. et istud intellige si digne suscipiatur. **E**st etiam alius effectus. quod si sit expeditus aie suscipiens sanitas corporalis sibi restituit potentiam sacramenti istius **P**robantur omnia ista per autoritatem inductam **J**aco. v. **I**nfirmatus quis ex vo. indu. presb. ec. et oriet super eum unguentum. eum oleo sancto: et allenia. eum dominus. a languis. et si in peccatis sit dimittentur ei etc.

**Q**uibus debet dari istud sacramentum **Ca. v.**  
**E**t predicta autoritate colligitur quod istud sacramentum non debet dari nisi infirmis. quod dicit **J**aco. v. **I**nfirmatus quis ex vobis. **N**on autem debet dari quibuscunque infirmis sed solum illis qui sunt in periculo et sunt propinque morti. quod cum deuotione ante petierunt istud sacramentum. posito etiam quod sint frenetici **C**um enim istud sacramentum sit sacramentum executiuum non debet dari nisi



## De extrema unctione

extremis. vel illis qui iam sunt parati ad exitū ab hac vita.

**I**n quibus partibus corporis fieri debet istud sacramentū Ca. vi

**Q**uia purgata materia medicina debet applicari partibus alicuius patienti. id est materia peccati purgata per penitentiam istud sacramentū quod est medicina (ut dictum est) debet debilitate derelicta debet applicari membris quae sunt organa sensuum. per quos morbo peccati intrat in animam. unde de sacramento isto dicit in iungi oculi aures. os. nares. pedes. et renes. Ita quod ad oculos dicat. per istam sanctam unctionem et suam piissimam misericordiam indulgeat tibi deus quicquid peccasti per visum. Ad aures. per auditum. Ad os. per gustum. Ad nares. per odoratum. Ad pedes per gressum. Ad renes. per ardorem libidinis. permittendo in singulis. per istam sanctam unctionem. Siquid fiet de ceco a natiuitate qui non peccauit per visum. vel etiam de surdo a natiuitate qui non peccauit per auditum. vel de claudico qui non peccauit per gressum. nunquid debet inungi in illis membris. Dico quod sic. quod licet cecus non peccauit videndo. tamen peccauit forte inordinate visum appetendo. Et idem dico de surdo et claudico. Estimo etiam quod quicumque aliquis non haberet oculos vel alia membra in quibus fit unctio debet tamen inungi in locis circumuicinis propter rationem iam dictam.

**U**trum debeat sacramentū istud iterari Cap. vii.

**Q**uia in isto sacramento non imprimatur character manifestus est quod illud sacramentum iterari potest. Cum homo possit ad mortem multoties infirmari. utrum autem in eadem infirmitate possit aliquis multoties inungi. Dico quod infirmitatum quaedam sunt breuis terminatio sicut sinochia vel sinochus vel caisson et sic de alijs. in istis infirmitatibus non debet istud sacramentum iterari. Tamen si recidiuaret aliquis cum recidiuum sit alia infirmitas a prima. in reciduo possit iterato inungi. Aliae sunt infirmitates diuturnae sicut febris. tussis. ethica et siles que durat per annum vel plures sic cum in talibus infirmitatibus homo possit multoties venire ad periculum mortis in talibus potest istud sacramentum iterari. Ita est sententia Thome in. iij. suo. Dicit tamen quod si inueniat sententia alicuius doctoris in scripturis quod non condemnetur ea. Istud autem quod dicunt quodammodo quod ille qui fuit inunctus si curet non debet postea balneare est quodammodo fatuitas: quod sequitur quod episcopus cuius caput fuit inunctum crismate non debet lauare



## Tract. vii. prime partis

caput. cum eius unctio dignior sit ista. Tamen quoniam aliquis in firmus inungitur debet ibi esse aliquis minister qui cum stupa abstergat locum unctionis. et postea illa stupa debet puri.

### Tractatus septimus prime partis de matrimonio. Et habet duas partes sub se.

**A**ppedito cum dei adiutorio tractatu de sacramentis. que generant. vegetant. nutriunt. promouent et repant homines in vita spirituali. Restat tractandum de sacramento quod hominem producit et generat in esse et vita corporali. scilicet de sacramento matrimonii. Quia vero libellus iste compositus est propter simplices qui non sunt multum perfecti in iure canonico et civili allegationibus multorum iurium tam de iure canonico quam civili que in ista materia plus quam in alijs precedentibus adducunt simplicibus et minus perfectis confusionem inducat. Ideo ab hominum allegationibus quantum potero abstinere. cum simplices hominum allegationes neque legere neque intelligere scirent. Quoniam autem secundum philosophos sic dispositio precedit formam. sic sponsalia precedunt matrimonium. ideo primo de sponsalibus est agendum.

### Prima pars septimi tractatus prime partis principalis de sponsalibus. Et habet quinque capitula.

**Q**uia ergo sponsalia consideranda sunt quinque. Primo quid sint sponsalia et unde dicantur. Secundo qualiter contrahantur. Tercio in qua etate possunt contrahi sponsalia. Quarto quis sit effectus sponsalium. quinto in quibus casibus dissoluantur.

**Q**uid sint sponsalia et unde dicantur. **Ca. i.** Sponsalia sunt futurarum nuptiarum promissio. Et quia de finitione que communis est canonistis et legistis patet quod sponsalia debent precedere matrimonium sicut presens precedit futurum. Dicunt autem sponsalia a spondeo des quod idem est quod promittis.



## **De matrimonio**

**Q**ualiter contrahantur sponsalia. **Ca. ii.**  
Contrahuntur sponsalia quatuor modis. Uno modo nuda promissione. qm dicitur accipiam te in uxorem & accipiam te in virum. Alio modo datis arris sponsalium. s. pecunia vel aliquibus alijs rebus. Alio modo anuli subarratione. Et illud vocat vulgariter desponsatio. sed proprie subarratio nuncupatur. Alio modo interveniente iuramento ita tamen qd semper sint verba de futuro vt dictum est qd si essent verba de presenti ia non essent sponsalia s; matrimonium

In qua etate possunt contrahi sponsalia. **Ca. iii.**

**Q**uoniam post septennium. i. post etate. vij. annorum tam pueri q; puellae incipiunt habere discretionem qd requirit in sponsalibus contrahendis id post septennium possunt contrahi sponsalia. Si vero ante septennium ipsi vel parentes iporum vice & nomine eorum sponsalia contrahant nil agunt nisi cum veniunt ad septennium incipiant eis placere. qd ex tunc valet ita qd si sponsus non cognoscat eam carnaliter. sanguineam tamen eius non poterit habere in uxorem nec e contra. Et nota qd etas contrahendi matrimonium apta est in puella. xij. annorum. in puero. xiiij. & si ante contrahant non est matrimonium. s; sponsalia tamen nisi fuerint etati nubili ita propinqui qd possint carnaliter misceri. cum etate videat tunc malicia suppluisse.

Quis sit effectus sponsalium. **Cap. iiij.**

**S**ponsalia contrahuntur duobus modis. qd quicquid contrahuntur sub conditione apposita. quicquid pure. Si contrahantur sub conditione apposita hoc potest esse multis modis. quoniam autem conditio apposita est possibilis aut impossibilis aut necessaria. Si sit impossibilis puta qd dicit contraham tecum si tetigero digito celum. Aut si necessaria: puta qd dicit contraham tecum si sol oriatur cras. vel aliud simile. Iste conditiones duntaxat habent per non adiectas. i. per non appositas. Si autem conditio sit possibilis aut est honesta aut inhonesta. si sit honesta. puta qd dicit contraham tecum si pater meus voluerit. vel si dederis mihi centum marcas. Si conditio non adimpleatur non tenet matrimonium consummare donec conditio fuerit adimpleta etiam si contrahendo sponsalia fuerit appositum iuramentum. Sed debet intelligi semper nisi carnalis copula



## Tracta. vii. prime partis

fuerit subsecuta inter eos. qz tunc dicitur verum matrimoniu inter eos. qz tunc videt p dicio apposita recessisse. Si vero condicio inhonesta sit z sit ptra naturā z substātiā z bona matrimonij. puta qz dicit p hā tecū si pcures tibi venena sterilitatis v l pro pecunia adulterandā te tradas. v l donec inueniā aliaz pulcriore. Ista p dicio viciat p c tū. ita qz nec sunt spōsalia nec matrimoniu. Si pō p dicio sit inhonesta s3 nō sit p naturaz z substātiā z bona matrimonij. puta qz dicit p hā tecū si boiez interfecerz v l si furtū fecerz. v l silia. pro nō adiecta debz haberi z est abijciēda. z tenet spōsalia. **¶** Notādū tñ qz h dicitū sit qz spōsalia pnt pbi sub p dicio e pmissa pecunie. nō tñ pōt pmitti pecunia in modū pene z si pmissa fuerit nō tenet pene pmissio. nec pōt peti. vt si dicat sic. nisi p xero tecū tibi dabo centū marcas. nō em valz p dicio pene cū libera debēt esse iugia. ff. de ver. ob. l. tua. de spō. c. velut. extra. eo. c. requisitū z. c. gēma.

**L. de spō. l. arras z. l. mulier.** Si aut p trahant spōsalia pure. i. sine p dicio. z sunt ambo apti ad matrimoniu p trahēdū si in spōsaliō p hēdis interuenerit iuramētū p pellēdi sunt p pccōi cationē psummare matrimoniu. nisi forte timeat de vxoricio vel de aliq alio piculo. Et si alter ipoz p xerit cū alia p pba de pnti inuigat ei pnia de piurio z fide mēta z absoluat ab pccōi municatōe. si aut nō interuenerit iuramētūz monēdi sunt matrimoniu psummare nō cogendi qz inuite nuptie solēt malos prouētus habere. xxxi. q. ij. c. i. z. ij.

Si aut neuter est in etate nubili tenent expectare donec veniāt ad annos etatz legitime ad matrimoniu p trahēdū. Et idē dico si vnus est in etate legitima. ali9 nō. qz ille q est in etate legitima tenet aliū expectare. v l si se mutuo absoluūt poterūt iudicio ecclie separi.

**¶** In quibus casibus spōsalia dissoluunt. **Ca. v.**

**¶** A quo spōsalia sunt semel ptracta semel ligāt. ita qz si p trahāt postmodū spōsalia cū alia. z nō est processum ad carnalē copulā cum illa secunda p pellendus est redire ad primā. Si vero cognouit secundā carnaliter cū iam matrimoniu dicatur debz remanere cū secūda z nō redire ad primā. Soluūt aut i octo casib9. Prius est si alē ipoz vult trāsire ad religionē. quod facere potest altero iuito. etiā si fuit



## **De matrimonio**

matrimonium per verba de presenti contractum. dummodo non fuerit per carnalem copulam consummatum et ille qui remanet in seculo remanet absolutus a vinculo sponsalium. et si quoniam alter fuerit professus in religione illa. habet ille casus extra. de puer. c. iiii. c. ex publico. extra de spō. duo. propter solitum. Secundus casus est quoniam sponsus non inuenitur. quia transfert se ad aliam regionem. recepta tamen prius potestate de puirio vel de fide mentita: si super eum steterit quod minus matrimonium fuerit consummatum. habet iste casus extra de spō. c. illis. aut. Tertius casus est si alter ipso post contracta sponsalia incurrit lepram vel paralysim. aut oculos. pedes. manus. vel nasum amisit. vel aliquid turpi sibi euenierit. ponitur iste casus extra de puir. lepro. c. lras. de iureiur. ca. quemadmodum. Quartus casus si superuenierit affinitas putata quia sponsus sanguineam sponse cognouit. vel e converso. Et ad hoc probandum sufficit sola fama. habet iste casus: vij. q. ij. quidam de spō. sauit. extra de sang. et aff. sup. eo. Quintus casus si mutuo se absoluerint. habet iste casus extra de spō. c. proterea. quidam tamen non recipiunt istum casum. unde dicunt quod illa decretalis allegata non est decretalis vel loquitur de promissione copatiua. Sextus casus est si alter eorum fuerit fornicatus. habet iste casus extra de iureiur. c. quemadmodum. Septimus casus est quoniam sponsus de factum alia. vel sponsa cum alio contrahit per verba de presenti vel per verba de futuro. et sequitur carnalis copula. tunc solvuntur sponsalia propter manens vinculum superueniens. sed debent agere potestatem de puirio vel de fide seu promissione merita. ponitur iste casus extra de spō. c. consuevit. extra de spō. duoz. c. tua nos. Octavus casus est quoniam minor venit ad etatem legitimam et perfectam: et petit absolui a vinculo sponsalium et dari sibi licentiam nubendi alij. habet iste casus extra de despo. c. in p. de illis. et c. a nobis. Et nota quod omnes isti casus propter primum. scilicet quando vult transire ad religionem intelligendi sunt de sponsalibus de futuro que vere et proprie dicuntur sponsalia. Et nota etiam quod in duobus casibus predictis ipso iure solvuntur sponsalia. scilicet quod intrat religionem. et quando contrahit matrimonium cum alio vel cum altera. In ceteris vero casibus soluenda sunt per iudicem ecclesie.



## Tract. vii. prime partis

**S**ecunda pars septimi tractatus  
de preceptis principalis de matrimonio. Et h3 octo capla.

**D**oltra tractatū est de sponsalibus dicendū est de matrimonio Circa quod consideranda sunt octo. Prio quid est matrimonium et vñ dicat Secdo qualiter contrahatur matrimonium. Tercio qñ et vbi et quibus p̄bis fuit institutū matrimonium. Quarto q̄ fuit causa institutōis matrimonij. Quinto q̄ p̄nt contrahere matrimonium. Sexto q̄t mōs d̄r m̄rimonij. Septimo q̄t sunt bona m̄rionij. Octavo q̄ impediūt m̄rionij.

Quid est matrimonium et vnde dicitur. Cap. i.

**M**atrimonium autē a doctoribus sic definit. Matrimonium est viri et mulieris legitima coniunctio indiuiduam vite consuetudinem retinens. Nō dicitur viri et mulieris vel viro et mulieris. q̄ nec vnus vir plures mulieres. nec vna plures viros habere potest. Dicit etiam indiuiduam vite et hoc ē q̄ neuter eorum absq̄ consensu alterius potest continentiam profiteri vel orationi vacare. Et inter eos dum viuunt permanet vinculum coniugale. Aliiter definit sic. Matrimonium est viri et mulieris coniunctio consortij vite cōis. diuini et humani iuris cōicatio. Dicit autē matrimonium a mater tr̄s. et munio nis. vñ matrimonium est quasi matris munus. i. officium. q̄ dat mulieribus esse matres. vñ iō magis denominat a matre q̄ a patre. q̄ eius officium magis apparē in matrimonio q̄ officium viri.

**Q**ualiter contrahatur matrimonium. Ca. ij.  
Solo autē consensu contrahitur matrimonium. qui si solus desit cetera etiam ipso coitu nō obstante celebrata frustrat. Ex quo enim per verba de presenti vir consensit maritali affectu in mulierem et mulier in virum siue verbis consuecit. vt si vir dicat. accipio te in meam. et ipsa respondeat accipio te in meum vel si vir dicat. volo te de cetero habere in uxorem. et ipsa respondeat volo te de cetero habere in virum. vel quibuscūq̄ alijs p̄bis vel signis exprimat consensum statim est matrimonium. Et dico signis q̄ surdus et mutus p̄nt contrahere matrimonium. verū si lo-



## De matrimonio

qui possunt contrahentes matrimonium verba sunt necessaria  
ad ecclias consensus mutuus continentia vel exprimentia.

**¶** Quando. ubi et quibus personis fuit institutum matrimonium.

Capitulum. iij.

**I**n paradiso terrestri fuit institutum matrimonium et ante peccatum. Quibus autem personis fuit institutum dicitur aliqui quod illis personis Gen. ij. c. Crescite et multiplicamini et replete terram. Sed istud non credo verum. fuerunt enim illa verba post peccatum dicitur nubentium. Unde dico quod personis. Ade ore prophetico prolis fuit institutum quoniam Adam dixit. Hoc nunc os ex ossibus meis et caro de carne mea. Quapropter relinquet homo patrem et matrem et adhaerebit uxori suae. et erunt duo in carne una. Vide hoc scriptura de sacramentis in generali. c. i.

Que fuit causa institutionis matrimonii. ¶ Capitulum. iij.

**D**esunt cause principales institutionis matrimonii. Quae sunt multe secundarie. Prima causa principalis est susceptio prolis. Et propter hanc instituit deus matrimonium in paradiso ante peccatum inter primos parentes quibus dixit Gen. ij. Crescite et multiplicamini. Secunda causa est vitio fornicationis. et ista causa habet locum post peccatum. Et de ista dicit apostolus. i. ad Cor. vij. ca. Propter fornicationem supple vitanda unusquisque uxorem suam habeat. et unaqueque suum virum. Cause secundarie sunt multe. scilicet pacis reformatio. pulchritudo uxoris. diuitie et similia. Ita tamen quod principaliter intentio eorum qui contrahunt non feratur ad ista sed ad duo prima et principalia.

Qui possunt contrahere matrimonium. ¶ Capitulum. v.

**O**mnis homo qui consentire potest in conjugalem affectum. et carnalem copulam exercere nisi expresse prohibeat potest contrahere matrimonium. Dico qui consentire potest. quod si puer infra etatem legitimam constitutus. hoc est infra. xiiij. annu. et puella infra. xij. dicat personam ad matrimonium contrahendum apta. tamen quia consentire non possunt nullus est matrimonium. de spon. ca. tue fraternitati. Similiter ille qui insanus est vel furiosus. licet dicat illa verba non contrahit quia consentire non potest. xxx. questione. ij. nec furiosus.



## Tracta. vii. prime partis

Et hoc est verum quod diu est in furia constitutus. quoniam si aliquando habeat lucida intervalla et aliquando redit ad sanam mentem nubere potest et testari. et omnia alia que alij potest. vt. **L. de codicil. l. nec codicillos. vij. q. i.** quous sit triste. **Dico** etiam quod carnaliter copulatio potest exercere. **Et** io qui caret huiusmodi virili vel utroque testiculo. vel est naturaliter frigidus contrahere non potest. extra de frigi. et male. c. q. si. **Dico** etiam nisi expresse prohibeat. quod editio de matrimonio contrahendo est prohibitorum. **Io** ois qui non prohibet admittit et contrahere potest. extra de sp. cu. apud sed. **Prohibent** enim aliquid propter votum et propter ordinem. et ita de alijs impedimentis de quibus dicitur infra. **Et** nota quod matrimonium contrahi potest inter absentes et per procuratorem. sicut factum fuit inter dominum regem Aragonie et dominam reginam qui nunc sunt. extra de procu. c. finali. li. vi.

**Quot modis dicitur matrimonium Ca. vi.**

